من كونها لم يكن من قبل حلول ذلك الاقنوم
الالهي بمريم فلما حل بها كون منها كيانا فهو
الطبيعة الناسوتية وقومها بقوامه والهها مع تكوينه
لها .

لها تبطان اخذه اياها وتكوينه لها وتاليهه اياها معا
كمعنا فلاهوت المسيح ذات قوام معروف انه قوام
ابن الله اخذ قنا وكونها بقوامه وخلقها له هيكلا
لم يكن ذلك الناسوت من قبل حلول كلمة
الله في مريم ولم تختلف فيعرف لها قوام حتى حل فيها
قوام الابن الالهي وكان هو لها قوام لم يزل ذلك البشر
منذ كان بشرا لكلمة الله ولم يزل منذ كان
بشره الجسد عاقلة ناطقة بشرا لكلمة الله ولم
يعرف ذلك البشر بغير قوام كلمة الله قط فهو ابن
الله واحد مولود من الاب بلا ام ومن الام بلا اب
فهو ابن الله وابن مريم وان التوحيد
انما هو للقوام لان المسيح ذو طبيعتين تامتين
مختلفين في جوهرهما معروفتين بافعال كل واحد
منهما على حدته وارادته يريد كل واحد من الطبيعتين
بارادتهما ويفعل فعالهما ولو ان المسيح واحد من
جهة طبيعته الاقنوم مع ما عليه طبيعتيه من الاختلاف
فذلك مما لا يستقيم ان يكون واحدا ان لم تجمع
طبيعته قوام واحد لان العدد انما يقع على الاقانيم
اذا كانت الطبيعة واحدة ولولا ذلك
ما

tribui, hæc autem, sc. quod ipsam assumpserit, esse fecerit ac deificaverit, omnia simul fuerunt, dum humanitatẽ *Christi* habentem subsistentiam, quã notum est esse subsistentiam filii Dei, assumptam subsistere fecit subsistentiâ suâ, sibíq; in templum creavit, cùm non esset humanitas ista antequam resideret Verbum Dei in *Maria*, neque crearetur, neque ulla ipsius subsistentia nota esset, donec in ipsam resideret subsistentia filii Dei, quæ facta est ipsi subsistentia. Neque unquam fuit caro ista, ex quo fuit, alia quàm caro Verbi Dei, neque unquam, ex quo fuit caro animâ intelligenti rationali prædita, aliter habuit quàm Caro Verbi Dei, neque aliter nota est unquam quàm per subsistentiam Verbi Dei, est igitur ipse filius Dei unicus à patre sine matre genitus, à matre [natus] sine patre, idémque filius Dei, & filius *Mariæ*. Unitas autem ob subsistentiam est, cùm *Christus* duas habens naturas perfectas, substantiâ differentes, quarum utraque ex suis seorsim actionibus & voluntate suâ cognita est, cùm ipsarum utraque voluntate suâ velit, & actionibus suis agat. Quòd si *Christus* unus esset sine unitate personæ, cum ea quâ præditus est naturarum discrepantiâ non conveniret ut unus haberetur, nisi naturam ipsius complecteretur subsistentia una. Siquidem numerus cadit in personas nisi fuerit natura una.

ſecus enim non caderet numerus in unitatem ſubſtātiæ Dei[ut eſſet]Trinitas, cùm ſit ipſe Unus Deus. Trinitas verò in perſonas cadit Neq; caderet numerus in homines, quâ multi reputentur ob multitudinem, cùm eos comprehendat natura una; ſiquidem omnes unus homo eſſent, verùm perſonarum diſtinctio in cauſa eſt ut multi numerentur. Quòd ſi *Chriſto* duæ perſonæ tribuendæ eſſent, competeret illi numerus binarius, ac Trinitati divinitatis quadruplicitas cùm à Trinitate ad numerum quaternariū promoveretur atq; in ea auctio locum haberet. Neque perficeretur baptiſmus trinâ immerſione, quam præcepit *Chriſtus* Apoſtolis ſuis, viz. ut baptizarent eum qui crederet in nomine Patris & Filii & Sp. S. Deceret enim eos qui autumant *Chriſtum* duas eſſe ſubſiſtentias, quater inter baptizandum intingere, cùm nomina trina, ſint perſonæ Patris & Filii & Sp. Sancti, quorum nomine ter aquâ tingitur Quòd ſi quatuor eſſent perſonæ, neceſſe eſſet quater immergi, ſecus non in totum *Chriſtum*, quem duas eſſe perſonas dicit, baptizaretur, ſed in dimidium ipſius, omiſsâ ſc. alterâ ſubſiſtentiarum ipſius in quâ haud fuerit baptizatus. Iam ergò manifeſtum eſt *Chriſtum* unum eſſe, ante quem non fuerit *Chriſtus* alius, neque poſt ipſum futurus ſit alius. Verbum enim Dei

nunquam

ما وقع العدد علي دوحهن جوهر الله تثليث وهو اله
واحد وانما جري التثليث بالاقانيم ولا وقع العدد
علي الناس بالكثرة مع جمع الطبيعة الواحدة لهم
لان جميعهم انسان واحد ولكن تفرقة
الاقانيم الذي الزمهم كثرة العدد فلو لزم للمسيح
اقنومين لقد لزمه عدد الاثنين ولزم تثليث
اللاهوت تربيعا ان صارت من تثليث الي تربيع
ودخلت عليه الزيادة وليست المعمودية علي
الثلاث صبغات التي امر بها المسيح وصيته ان
يصبغوا من امن باسم الاب والابن والروح
القدس ولزم من زعم ان المسيح قوامين ان يصبغ
بالمعمودية باربع صبغات لان الاسما المعلقة انما هي
للقانيم الاب والابن والروح القدس التي يصبغ
بها ثلاث صبغات فاذا صارت الاقانيم اربعة
فلابد من اربع صبغات الا ان لا يعدد بالمسيح كلمة
من يقول ان له قنومين ولكن يصفه انما
تركب احد قوامه لايصبغ به فقط تبين
ان المسيح واحد لم يكن من قبله مسيح غيره
ولا يكون بعده اخر لان كلمة الله لم تزل
منذ لم

منذ لم يزل ثابتا والفا ولم يكن الله بلا كلمة قط
ولا كانت له مفارقة قط كما قال في الانجيل
في البدي لم تزل الكلمة والكلمة لم تزل
عند الله والاه هو الكلمة كل به كان
وبغيره لم يكن ولا واحد مما كان ثم اتبع ذلك
وقال والكلمة صار بشرا وسكن فينا فحقق
قوله ان قوام الكلمة واحد لم يزل مع الاب والاه
اياه الذي اخذ طبيعة البشر فصار بشرا متحدا
في البشر الذي خلقه له خلقة جديدة من مريم العذري
بلا زرع بشر وكانت الكلمة المكونة لذلك البشر
في مريم بمنزلة الزرع الذي هو سبب خلقة البشر
فهو ذلك الاقنوم الواحد في الثالوث المقدس مع
الاب وروح القدس وهو اياه الواحد مع الناس واحد
ذلك يسوع المسيح ابن الله الحي الابن الوحيد الاه
تام مع الاب وروح القدس بلا فرقة بينهم في كيان
اللاهوت وبشر [illegible] وانسان تام معا مع امه وساير
البشر بلا فرقة بينهم في كيان الناسوت وجوهرها
من غير اختلاط ولا تغيير لاحد طبيعتيه عن

جوهرها

nunquam non fuit ex quo nunquam non fuit pater ipsius, neque unquam fuit Deus sine Verbo, neque unquam separationem passus est, sicut dicit Evangelium, *In principio fuit verbum, & verbum nunquam non fuit apud Deum, & Deus nunquam non fuit verbum, omnia per ipsum facta sunt, & absque eo non factum est vel unum eorum quæ facta sunt.* Deinde addens dicit, *Et verbum factum est caro, & commoratum est inter nos,* confirmavitque dictum suum, subsistentiam Verbi unam esse, quæ nunquam non fuit cum Patre, eandémq; ipsam assumptâ naturâ humanâ factam fuisse carnem ad habitandum inter homines, quam novâ creatione sibi condidit ex *Maria* virgine sine semine humano. Fuitque Verbum quod carnem istam informavit in *Maria*, instar seminis quod causa est formationis hominis. Estq; ipsum persona illa quæ in sancta Trinitate numeratur cum Patre & S. Sanct. Idémq; quod numeratur unum cum hominibus; ille *Iesus Christus* filius Dei viventis, filius ille Unicus, Perfectus Deus cum Patre & Spiritu sancto, nullo inter ipsos discrimine quod ad essentiam divinitatis & substantiam ipsius, & perfectus Homo cum Matre suâ cæterisque hominibus, nullo inter ipsos discrimine ratione essentiæ humanitatis & substantiæ ipsius, sine conversione aut mutatione utriusvis

utriusvis naturarum ipsius à substantia sua; sive Divinitatis à substantia sua subtili & simplicitate, ad crassum humanitatis [naturam] & compositionem ipsius; sive humanitatis à crassitie & compositione ad subtilitatem & simplicitatem divnitatis, [sine, inquam,] vel mistione, corrumpente quæ mutet alterutrum re aliquâ ad substantiam suum [spectante,] sive parvâ sive magnâ, quâ fieret è duabus naturis una natura mixta. Hoc enim infidelitas est & blasphemia in Deum, affigere ipsi mutationem aliquam quâ à substantia sua creante converteretur in substantiam creatam; aut [dicere] carnem, quam sibi in habitaculum creavit, converti à substantia suâ creatâ ac fieri creantem. Quòd si duæ naturæ commiscerentur misturâ aliquâ adeo ut fierent natura una, non esset *Christus* post incarnationẽ suam, è substantia Patris & Sp.S. siquidẽ substantia Patris & S.S. est substantia simplex subtilis, lux creans, quam non ingreditur cõpositio. Et quomodo cõveniret ut filius incarnatus accenseretur Patri & S.S. postquã è substantia ipsorum egressus esset præ ea cui obnoxius fuerat mistione & compositione? Aut quomodo concederetur ipsum esse Deum unum cum Patre & Sp.S. cum eâ quæ naturæ ipsius obtigerat mistione? Quinetiam hoc pacto esset humanitas *Christi* humanitas cum ea quam subierat

جوهرها لامن اللاهوت عن الجوهر اللطيف والانبساط
الي غلظ الناسوت وتركيبها ولامن الناسوت عن
الغلظ والتركيب الي لطف وانبساط اللاهوت من
تغيير وتخليط فاذن مغير لاحدهما عن شي من
جوهرها صغير ام كبير حتي صار من كيانين
كيان واحد مختلط فان ذلك كفر وتجديف
علي الله ان يلزمه شي من التغيير فيتعالي
من جوهره الخالق الي جوهر مخلوق او يتعالي
ما خلقه من البشر لنفسه متمكنا عن جوهره
المخلوق فيصير خالقا ولو كانا الكيانين قد اختلطا
خلطة تخليط حتي صارا كيانا واحدا لما كان المسيح
من جوهر الاب وروح القدس من بعد تجسده لان
جوهر الاب وروح القدس جوهر ساذج لطيف نور خالق
لا يدخل عليه التركيب وكيف كان يستقيم الابن
المتجسد ان يعد مع الاب وروح القدس من بعد خروجه
من جوهرها مع ما لزمه من تخليط التركيب اوكيف
يستقيم له ان يكون الاه واحد مع الاب وروح القدس
مع ما دخل علي جوهره من ذلك التخليط ولما كانت
اذا ذا لاهوت المسيح بناسوت مع ما تفرق
من

من حال جوهرها من طبيعة الناسوت الى امتزاج
بجوهر اللاهوت والاستحالة المتغير لما كان عليه
الطبيعتين من الحال ولكنه ذومن بشخص
واحد موحد بوحدانية الاقنوم الازلي بين اللاهوت
وجوهر الناسوت الكامل لهما جميعا بلا تخليط ولا
استحالة ولا تغيير ولا فرقة انقطاع ولا هو في احدى
الطبيعتين دون الاخرى مثل ما نعرف ابن الله في
البدء خلقه النور الساطع اللطيف فقام على
حاله منبسطا في الهوى ثلثة ايام اولها يوم الاحد
الذي فيه خلقه ثم خلق لذلك جسد هيولاني يوم
الاربعاء ووضعه فيه وامسكه اياه بطبيعة لازمة والفة ثابتة
فيصيرا جميعا شمسا باسم واحد جامع لطبيعة نور
الشمس وطبيعة جسدها بتوحيد قوامها الواحد
الجامع لها شمس واحدة لم يسم نورها من قبل
جسدها شمس ولا يقال لجسدها بغير نورها شمس
لكنها شمس واحدة بنورها مع جسدها جميعا
وكذلك يعرف نور لاهوت المسيح لم يسما قبل
تجسده بالبشرية من مريم مسيحا ولا يقال
لناسوته بغير لاهوته مسيحا بل لاهوته
وناسوته

bierat mutatione respectu substantiæ suæ à natura humanitatis ad commistionem cum substantia divinitatis, & alteratione quæ mutationem utriúsque naturæ ab eo quo fuerat statu, inferret. Nos verò credimus in *Christum* unum, unum factum unitate personæ in qua copulatæ sunt divinitas & substantia humanitatis, quæ eas simul conjungit sine mistione, conversione, mutatione aut separatione quâ divellantur. Neque est ipse in alterutra naturarum sine alterâ: quemadmodum novimus Deum initio creâsse lucem simplicem subtilem, quæ statu suo simplici tribus diebus in aëre permansit, quorũ primus fuit feria prima quâ creata est: Deinde ipsi die quarto corpus materiale creavit, in quo ipsam statuit, atq; inhabitare fecit, mistione necessariâ & cõjunctione firmâ, & totum hoc Solem appellavit nomine uno, quod comprehendit & naturam lucis solis, & naturam corporis ejus, unitate subsistentiæ ipsius unius quam comprehendit Sol unus; cujus nec lux ante corpus ipsius sol vocabatur, nec corpus sine luce sol audit; verum sol unus est cum luce & corpore suo pariter. Eodémque modo dignoscitur lux Dei *Christus*. Neque enim ante incarnationem suam ex virgine *Maria* appellatus est *Christus*; neque dicitur humanitas ipsius sine divinitate *Christus*,

stus, verùm divinitas & humanitas ipsius simul *Christus* unus, qui est ex substantia Patris & Spiritûs Sancti secundùm divinitatem, & ex substantia Matris suæ reliquorúmque hominum respectu humanitatis suæ, qui vult voluntate naturæ humanitatis suæ, omnésq; ejus actiones operatur, excepto peccato. Peccatum enim non est de substantia naturæ, verùm accidens quod per rebellionē in naturam intravit. Non destitit substantia humanitatis ipsius obsequi substantiæ divinitatis ipsius, ex quo carnem induit, nec destitit affectus humanitatis ipsius parere affectui divinitati ipsius; neque enim desiderat humanitas ipsius per se, quod vult natura humanitatis de cibo, potu, somno, cæterísq; quæ ad substantiā humanitatis spectāt, excepto peccato, donec desiderare faciat divinitas ipsius humanitatē ipsius, velítq; ipsi ut velit quod ei per se competit, nec quicquam sumsit ratione necessitatis & compulsionis, eorum quæ caro necessariò requirit, neq; ad quicquā eorū cōfugit, ob potentiam substantiæ divinitatis suæ quæ admista est humanitati ipsius unitate subsistentiæ, ad amovendā omnē compulsionē & necessitatem à substantia humanitatis ipsius. Verùm creavit ipsa substantiā humanitatis ipsius, voluítque quæ voluit humanitas per se; ut ita veritatē adstrueret naturæ humanitatis, ipsam

scil.

وناسوته جميعا مسيحا واحدا وهو من جوهر الاب
وروح القدس بلاهوته وهو من جوهر امه وساير الناس
بناسوته يريد بارادة طبيعة ناسوته فيفعل فعالها
كلها سوى الخطية لان الخطية ليس من
جوهر الطبيعة لكنها عرض دخل على الطبيعة
بالمعصية لم يزل جوهر ناسوته مطيعا لجوهر لاهوته
منذ لبس البشر ولم يزل هوى ناسوته منقادا
لهوى لاهوته لانه لا تهوى ناسوته بذاتها
فيما تريد طبيعة الناسوت من الطعام والشراب والنوم
وغير ذلك من ذات جوهر الناسوت سوى الخطية
حتى تهوى لاهوته لناسوته وتريد لها ان
تريد ما ينبغي لها من ذاتها ولم تتطاول شيا
من ذلك على جهة الاضطرار والكلفة التي لابد
للبشر منها ولا كانت ملجاة الى شي من ذلك
لقدرة جوهر لاهوته المخالطة لناسوته بتوحيده
القوام على كف كل كلفة وحاجة عن جوهر
ناسوته ولكنها خلقت جوهر ناسوته فارادت
ما يريد الناسوت من ذاتها لتحقق بذلك طبيعة
الناسوت انها على حالها ثابتة

ام

لم تحول الى غير جوهرها فكان المسيح يفعل
فعال الناسوت كلها غير الخطية اذا احدث
اللاهوت لها ان تفعل فعال الناسوت من غير ان
تفعل ذلك مكرهة مضطرة الى شي منه الا اذا ارادت
اللاهوت ان تريد ارادة ذاتها وتفعل فعالها اي
فعل اللاهوت كلها بارادة كما ان اللاهوت ليس
بطالبة منه الى غيره ولا دعا ولا تضرع ولا مسيلة ولكن
بالمشية الالهية الكيانية لان المشية
للجنس والجنس للخاصة ولذلك كما يشاه الابن
يشاه الاب وروح القدس وكما يشاه روح القدس
يشاه الاب والابن ليس بينهم اختلاف ولا فرقة
وكذلك مشية الناسوت انما هي للجنس وليس
للخاصة لذلك اجتمع في جميع الناس مشية
الخير عامه من مومن ولا كافر ولا صالح ولا
طالح الا وهو يشا الخير ويحب ان يناوله
في الدنيا والاخرة وما من احد يكره الخير
ولا يخرج من مشية الاكل والشرب واللباس
والنوم والراحة والدعة والرخا والصحة
والحياة وكراهية خلاف ذلك من
الجوع

scil. statum suum firmiter retinere, nec in aliud quid à substantia sua conversum esse. Fecitque *Christus* omnes humanitatis actiones, excepto peccato, cùm incitaret divinitas ipsam ad faciendas humanitatis actiones, ita ut nec faceret illá invitâ, aut necessitate ad quodlibet eorum compulsa, at cùm vellet divinitas ut vellet suam voluntatem, opera autem ipsius faceret, viz. [aliquod] divinitatis totius opus voluntate essentiae divinitatis; non fecit hoc quasi petens ab alio vel prece vel supplicatione vel rogatu, verũ voluntate divinitatis essentiali. Voluntas enim generis est, nõ individui; ideóque quodcunq; vult Pater, idem vult & Filius, & Sp. Sanctus; & quodcunque vult Filius, idem vult & Pater & Sp. Sanctus; & quodcunque vult Sp. Sanctus, idem etiam vult Pater & filius, non est inter ipsos contrarietas aut differentia: Atque ita etiam Voluntas humanitatis, generis est non individui. ideóque omnibus hominibus communiter insitum est appetere bonum, nec quisquam est fidelis vel infidelis, bonus vel malus, qui non appetat bonum, ipsúmque accipere desideret, tum in hoc mundo, tum in futuro; nec quisquam est qui respuat bonum, aut cui non insit appetitus cibi, potûs, indumenti, somni, quietis, tranquillitatis, prosperitatis, sanitatis & vitae; & odium eorum quae

his contraria ſunt, viz. famis, ſitis, nuditatis, inſomniæ, laboris, moleſtiæ, adverſitatis, ægritudinis, mortis. Illud autem quòd diſcrepant homines præter appetitum univerſalem quòd ad res quas alii contrà ac alii velint, non eſt à voluntate naturali quæ generi cōpetit, ſed deſiderium ſingulare quod quibuſdam tantùm hominum accidit, ac appetitui naturali contrarium, utpote quod aliud à bono appetat, ideóque diſcrepant in deſideriis iſtis accidentalibus quæ ab affectibus oriuntur, unoquoque illud volente quod deſiderat ob voluptatem quæ ipſi indè contingit. Neque tamen interim exuit quiſpiam appetitum communem quo incitantur homines ad bonum volendum ipſúmque amplectendum, tam in hac vita quàm futurâ. Ideòque *Christo* competunt binæ voluntates naturales integræ, divina & humana, duóque genera integra, creans & creatum, conjuncta ſine mixtura in una perſona quæ duas naturas comprehendit unione ſibi propriâ, inſeparabiliter, [adeo ut] loquatur proprietate perſonæ ſuæ unius ſermone duarum naturarum, divinæ & humanæ, nec ſit qui loquitur ſermone humano alius, & qui ſermone divino alius, verùm *Christus* unus qui utroque ſimul ſermone loquatur, & utraſque actiones agat duabus voluntatibus, & duabus ſimul naturis

الجوع والعطش والعرق والسهر والنصب والبكي
والشيبة والمرض والموت فاما ما يختلف الناس فيه
من سوقيين المشية الجامعة من الاشيا التي
يريدها بعضهم دون بعض فليس تلك من
المشية الكيانية اللازمة للجنس ولكنها اهوية
خاصية تعرض لبعض الناس دون بعض مخالفة
المشية الطبيعية انها تريد غير الخير لذلك اختلفوا في
الاهوية العرضية المولودة من الشهوات فاراد كل
واحد ما هوي منها للذة فيها ولم يخرج احد مع
ذلك من المشية العامة التي تدعوا الخليقة الى ارادة
الخير والحي له في العاجل والاجل لذلك لزم المسيح
مشيتين لكيانين تامين الاهيا وناسيا
وجوهرين تامين خالقا ومخلوقا مضمومان
بلا تخليط باقنوم واحد جامع للكيانين بتوحيد خاصته
بلا فرقة منقطعة يتكلم بخاصة اقنومه الواحد كلام
الكيانين الكيان الالهي والكيان الناسي
ليس المتكلم بالكلام الناسي اخر والمتكلم بالكيان
الالهي اخر ولكنه مسيح واحد الذي يتكلم بالكلامين
كلاهما ويفعل الفعالين كلاهما بالمشيتين والطبيعتين
كلتيهما

كلاهما يشا بمشية الالهية فيفعل فعال اللاهوت فيفعلها اذا شا وكيف شا لايبدر مشية فعاله لانه قادر ان يفعل ما شا اذا شا ليس بين ذلك طلبة ولا دعا ولا مسيلة مثل ما قال له الابرص يارب ان شيت أستطعت ان تنقيني فقال له قد شيت فاستنقي فنقي من برصه بمشيته ومثل امره للشياطين ان يخرجوا من المجانين فسالوه الشياطين ان يامرهم بالدخول في الخنازير ولا يقدروا علي ذلك الابانه فاذن لهم بعد ذلك امر الريح والبحران يهدينا فكان ذلك بلا طلبة ولا مسلة ومثل هذا يقال في الانجيل من فعال اللاهوت كثير فلما حقق به لاهوته لذلك يحقق المومنين انه الاه تام بفعا له فعل اللاهوت الذي لم يفعله مخلوق قط ولا يقدر ان يفعله ابدا لانه فعال الله وحده خاصة ولا يقدر عليه غيره ولا يعطاه احد من خلقه وذلك انه خلاق لما شا وانه علام الغيوب يعرف ما تخفي الصدور وانه غفار الذنوب ولايغفرها غيره وانه في كل موضع سوا ولايحده شي وانه يبعث من في القبور يوم القيامة

naturis; cùm velit voluntate divinâ faciens opera Deitatis, quæ facit quandocunque vult, & quomodo vult, non præcedente voluntate actiones ipsius, cùm penès ipsum sit ut faciat quicquid vult, quandocunque vult, nullâ intercedente petitione, prece, aut rogatu; juxta illud quod dixit ipsi leprosus, *Domine, si vis potes mundare*; & respondit ipse, *Volo, mundare*, itaque à lepra sua, ipsius voluntate, mundatus est: juxta etiam mandatum ipsius ad Dæmonia, ut è Dæmoniacis exirent, cùm rogarent ipsum Dæmonia ut juberet ipsos porcos ingredi (neq; enim illud sine ipsius permissu facere potuerunt) atque ipse illos permitteret. Postea etiam, ventum & mare quiescere jussit, idque sine prece aut petitione. Atque hujusmodi multa in Evangelio facta memorantur, quibus divinitatem suam confirmavit, ideóque credunt fideles ipsum esse Deum perfectum, dum faceret opera divinitatis quæ nulla unquam creatura fecit, nec unquam facere potest, cùm sint opera soli Deo ptopria, quæ nemo alius faciendi potestatem habet, neque ulli unquam è creaturis ipsius concessa sunt. Idque quia ipse creat quodcunque vult, & abscondita novit, perspiciens quæ tegunt pectora, & peccata remittit, quæ nemo præter ipsum remittere potest. Estque in omni loco æquè præsens nullâ re terminatus, & in sepulchris

pulchris conditos die resurrectionis resuscitaturus est potentiâ suâ, cùm sit Dominus diei judicii, thronum occupans & regnum & ratiocinium severum, qui unicuique secundùm ea quæ fecit retribuit; idémque qui de cœlo descendens incarnatus est, & corpus in cœlũ sustulit. Cùm autẽ faceret opera humanitatis, ea quæ opera sunt generica & naturalia, (qualia sunt edere, bibere, indui, somnus, sudor, tristitia, perpessiones, mors) his humanitatem suam adstruxit, séque hominem naturâ perfectum esse. Est ergò *Christus* Filius Dei genere & essentiâ divinâ; Idémque filius hominis genere & essentiâ humanâ, ipséq; *Christus* unus unitate peculiari, personæ suæ unius propriâ; personæ sc. filiationis æternæ, quæ genita est à Patre sine Matre, ante sæcula; eadémque persona filiationis humanæ, quæ nata est ultimis temporibus ex *Mariâ* Virgine, sine Patre; estque ipse persona una, æterna, quod ad divinitatem; temporalis, quod ad humanitatem: idémque duabus simul naturis loquitur, at duorum generum actiones edit. Ubi dixit, *Ego sum filius Dei*, de divinitate loquitur; at ubi dixit, *Ego sum filius hominis*, de humanitate. Ipse miracula ratione divinitatis suæ fecit, idémque afflictiones pertulit ratione humanitatis: crucifixus & mortuus est ratione humanitatis suæ, nec crucifixus nec mortuus ratione

القيامة بجسده وانه مالك يوم الدين هو الرب
والملك العظيم والحاكم المنصف يحكم في كل نفس
بما عملت وانه هو الذي نزل من السما فتجسد
واصعد الجسد الى السما فاذا فعل فعالت اللاهوت
فما هو فعال الجسد والطبيعة من الاكل والشرب
واللباس والنوم والعرق والحزن والمصايب والموت
فقد حقق بذلك ناسوته وانه انسان تام فالطبيعة
فالمسيح ابن الله بالجنس والكيان الالهي وهو ايضا
ابن الانسان بالجنس والكيان الطبيعي وهو مسيح
واحد يتوحد الخاصة خاصة اقنومية الواحدة اقنوم
النبوة الازلية المولودة من الاب قبل الدهور وهو
اقنوم البنوة الناسوتية المولودة في اخر الزمان من
مريم العذري بلا اب فهو اقنوم واحد ازلي بلاهوته
وزماني بناسوته وهو المتكلم الكلامين كلاهما
والفاعل فعال الجنسين اذ قال اني ابن الله فعن
اللاهوت يتكلم وان قال اني ابن الانسان فعن
ناسوته يتكلم فهو الفاعل الايات بلاهوته والمحتمل
المصايب بناسوته مصلوبا متوجعا بناسوته غير مصلوب
ولا ميت بلاهوته لان التعيير والصليب والموت انما

ذات

ذات الناسوت وليس من ذات اللاهوت لانها بريئة
من جميع ذلك ليس يصيب شي من الاشيا بصيبة
ليس من ذاته مثل ما ان مصيبة القطع بالفاس لا
يدخل علي الشمس لان القطع ليس من ذات
الشمس ولذلك تقطع الشجرة بالفاس والشمس عليها
فلا تقطع الشمس مع الشجرة لان القطع بالحديد
يدخل علي العود ولا يدخل علي الشمس ومثل ما
يحمي الحديدة بالنار ثم تغمس في الما فيدخل
برد الما علي حرارة النار فيطفيها ولا يدخل علي
الحديدة ضرر لان مصيبة الما تدخل علي النار
بالطفي لها ولا تدخل علي الحديدة بالبلل لها
وكذلك تدخل المصايب علي النفس الادمية وتصل
اليها والي جميع الجسد لان المصايب تدخل عليه
وليس يدخل علي اللاهوت شيا فنومن بان المسيح
انه ابن الله الوحيد من بعد التجسد وهو ابن
الانسان اياه لا غيره مسيح واحد رب واحد مولود مولدين
مولود من الاب قبل الدهور فوق كل سبب وكلة وفكر
وزمان ومولود من الام في اخر الزمان من اجل خلاصنا
مولود مثل مولدنا وفوق مولدنا اما مثل مولدنا انه
كان

tione Divinitatis. Mutatio enim & perpeſſiones & mors humanitatis propria ſunt, non Divinitatis, quæ ab omnibus iſtis immunis eſt. Non autem patitur aliquid ab accidentibus quæ ipſius naturæ non conveniunt: e.g. Securi ſcindi non cadit in ſolē, quia ſcindi, ſolis naturæ nō competit. Ideóq; ſecuri ſcinditur arbor cui ſol affulget, at nō unà cū arbore ſcinditur ſol: Ferro enim ſcindi in lignum cadit, at non in ſolem. Ac ſicut, cùm ferrum igne calefactum aquæ immergitur, occupans frigus aquæ ignis calorem, ipſum extinguit, ita tamē ut nulla ab eo noxa in ferrum cadat, quia paſſio ab aqua [illata] igni competit ut ab ipſa extinguatur, at non competit ferro eâdem madefacto: Eodem modo cadunt paſſiones in animam humanam & ad ipſam pertingunt, totúmque corpus, quia in ipſo paſſiones locum habent, at non cadit in divinitatem quicquam. Porrò credimus *Chriſtum* filium Dei unicum eſſe poſt incarnationem, nec non filiū hominis, ipſum non alium, *Chriſtum* unum, Dominum unnm, duas habentem generationes, genitum à Patre ante ſæcula, ſupra omnem cauſam, ſermonem, cogitationem, & tempus, nec non natum à Matre fine temporis, propter ſalutem noſtram, eodem modo quo nos nati ſumus, & ſupra nativitatem noſtram. viz eo modo quo nos nati ſumus,

mus, quòd homo fuerit & ex muliere; & quòd ad tempus nativitatis, post novem menses: at supra nativitatem nostram, quòd non fuerit ex semine, verùm ex Spiritu Sancto, & *Maria* Virgine illibatâ, supra legem nativitatis humanæ, quòd illæsa manserit virginitas Matris suæ postquam ab ipsa natus fuit. Estque idem Deus perfectus & homo perfectus; totus ipse Deus perfectus, cum humanitate suâ, & totus homo perfectus cum Divinitate suâ. Verbum enim incarnatum est absq; mutatione, minoratione, aut defectu; & deificata est humanitas, ita tamen ut terminos suos nõ excesserit, permanẽte utrâq; naturâ statu suo in *Christo* uno, & agnitâ voluntatibus suis & actionibus suis in unitate personæ Verbi Dei, quæ utramque comprehendit proprietate suâ unâ quâ subsistit *Christus* unus, in quo sunt duæ naturæ; sc. Creans, quæ manet creans; & creata, quæ manet Creata; & quæ mortalis fuit, mortalis; quæ immortalis, immortalis; & quæ terminata, terminis circumscripta; & quæ termini non capax, interminata; & quæ videri potest, visibilis; quæ videri non potest, invisibilis; quarum altera miraculis fulget, altera afflictiones perfert. Ita suscepit Verbum Dei passiones, quoniam ipsi sunt pasiones carnis suæ sanctæ, & administravit caro miracula, ad confirmandam mistionem in

persona

كان انسان ومن امراة وفي وقت المولد تمعة ايضها
فاما فوق مولدنا انه ليس من زرع ولكن من روح
القدس ومن مريم العذري المقدسة فوق ناموس المولد
البشري لسلامة عذرة امه من بعد مولده منها فهو اله
تام وانسان تام كلمة الاه تام مع لاهوته وكلمة انسان تام
مع لاهوته لان الكلمة تجسدت من غير استحال ولا تصغير
ولا نقص وكالهة الناسوت من غير ان تخرج من
حدودها وقاما الكيانين علي حالهما في المسيح
الواحد معروفين بارادتهما وفعالهما بتوحيد اقنوم كلمة
الله الجامعة لهما بخاصة الواحدة الذي
يقوم بها مسيح واحد فيه الكيانان الخالق
ذا بمعنا خالقنا وفيه الكيان المخلوق دائم
مخلوقا والميت معا والذي لايموت لايموت والمحدود
محدود والذي لايحد لايحد والذي يري يري والذي
لايري لايري احدهما يتلالا بنا لعجايبه
والاخر يحتمل المصايب لذلك قولي بكلمة اليه
المصايب لان لها مصايب بشرها القدوس واما التي
البشر من العجايب لتحقيق الخلطة بالاقنوم

الواحد وانه متفق واحد الفعل ايات لاهوته مع ناسوته
والمتحد متباين الناسوت مع اللاهوت فان قال
قايل كيف لم يقل المسيح في الانجيل انه الله فيقطع
الشك في ذلك قلنا ان المسيح لو قال انه الله لادخل
من امن به في خطا كبير لان من قال انه
الله فقد سمي الجوهر الالهي كله والكيان الواحد
وجمع بقوله انه الاقانيم الثلاثة الاب الابن والروح
القدس مع الاله الواحد فلو قال المسيح انه الله لكان
يصبح قوله اني انه الاب والروح القدس وان الاقانيم
الثلاثة له ولانه هو الوالد والمولود من الاب قبل
الدهور والمنبثق فذلك من الخطا وما لا يكون
ان يصدق علي الله جل اسمه فنصير فيصير
الوالد مولودا والمولود والدا والمنبثق والدا
ومولودا واذا قلنا ان الجوهر كله متجسد
فصار الاب والابن وروح القدس متجسدين
جميعا فولد الوالد بالجسد من مريم والمنبثق
ايضا وانتقل الوالد من الابوة الي البنوة وذلك
الاستحال والتغير وقد كثر من
ادخل علي الله تغيرا ولكنه قال الحق الذي

هو

persona una, atque esse ipsum *Christum* unum, qui edit miracula Divinitatis suæ unà cum humanitate sua; & perfert passiones humanitatis, una cũ Divinitate. Quòd si dixerit quispiam, Quomodo [factũ est] ut non dixerit *Christus* in Evangelio se Deum esse, quò ita omne de eo dubium tolleretur? Respondeo, *Christum*, si dixisset se Deum esse, inducturum fuisse eos qui in ipsum credunt, in errorem magnum. Qui enim dixerit se Deum esse, nominat totam substantiam divinam, & naturam unam, atque hoc dicto suo tres Personas comprehendit, Patrem Filium, & Spirit. Sanctum, Deum unum. Si ergò dixisset *Christus*, se Deum esse, sibi tribuisset, se esse Patrem, Filium, & Sp. Sanctum, sibique tres esse personas, ac se, & Patrem esse, & genitum à Patre ante sæcula, nec non procedentem: hoc autem periculosum est, & quod fieri non potest, scil. ut in Deum (cujus nomen glorificetur) cadat mutatio, fiatque qui genuit, genitus; & qui genitus, gignens; & qui procedit, Pater & Filius. Quòd si dixerimus fuisse substantiam totam in corpore, [sequetur] Patrẽ, Fil. & Sp. S. unà incarnatos, natúmq; esse patrem in corpore ex *Maria*, nec nõ illũ qui procedit, atque ita patrem translatũ fuisse à paternitate ad filiationem, quæ est conversio & mutatio, blasphemat autẽ quicunq; mutationẽ Deo attribuit.

Verùm dixit [ipse] Veritatem quâ intelligant homines, ac se esse Filium Dei, & genitum à Patre ante omnia sæcula, proprietate Filiationis & substantiæ divinitatis sine carne & sine matre, nec non natum etiam ultimis temporibus ex *Maria* Virgine isto respectu peculiari, filiationis sc. & duabus substantiis conjunctim, substantiâ divinitatis æternæ, & substantiâ humanitatis eidem conjunctâ mistione quæ utramque substantiam comprehendit, unitate proprietatis filiationis, quæ duplicem habet nativitatem, alteram ex patre, æternam, sine carne, & alteram ex matre, in tempore, cum carne. Estque ipse filius unus, Filius Dei, & Filius *Mariæ*, ideóque non destitit dicere ac palàm facere se esse Filium Dei, quod & Apostolis cæterísque hominibus inculcavit, non uno in loco, dicens. Ideo Deus dilexit mundum, cùm dederit pro ipsis filium suum unicum, ne pereat quisquis in eum crediderit, verùm habeat vitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum ut condemnaret mundum, sed ut salvaret mundum. Quicunque ergò credit in filium non condemnatur. At quicunque non crediderit in filium judicio obnoxius est, quia non credit in nomen Dei unius. Sufficiat autem quod diximus quódque explicavimus de unione divinitatis Domini nostri *Christi* cum humanitate

به يهمزون الناس وانه ابن الله المولود من
الاب قبل كل الدهور بخاصية البنوة والجوهر
الالهي بلا بشر ولا ام وهو المولود ايضا في اخر الزمان
من مريم العذري بتلك الخاصة البنوة والجوهرين
جميعا جوهر اللاهوت الالهي الازلي وجوهر الناسوت
المصدوم الذي مختلطة جامعة للجوهرين بوجهين خاصة
البنوة المولودة ولادتين واحدة من الاب ازلية
بلا بشر وواحدة من الام زمانية بالبشرة فهو ابن
واحد ابن الله وابن مريم لذلك لم يزل يقول ويعلم
انه ابن الله ويريد بذلك على الجواب بيهوي
وساير الناس في غير موضع انه قال لذلك احب
الله العالم ان اعطيا عنهم ابنه الوحيد لكيلا يهلك
كل من امن به ولكن يكون له حياة موبدة
لان الله لم يبعث ابنه الي العالم ليدين العالم ولكن
ليخلص العالم فمن امن بالابن لم يدان ومن لم
يومن به فقد لزمه الدين لانه لم يومن باسم الله
الواحد فقد اكتفينا بما قلنا وما شرحناه من ايتحاد
لاهوت هذا المسيح بناسوته ووحدانية بنوته

وربوبيته

وربوبيته ويتبين لكل ذي عقل وتمييز ان المسيح واحد بتوحيد القوام الواحد قوام الكلمة الازلي ذو طبيعتين لاهوتية لم تزل وناسوتية خلقها له ويبين فساد ما اعتقدته النسطورية واليعقوبية ولولا كراهة ان يطول كتابنا وان نخرج عن الغرض الذي اليه قصدنا لشرحت وبينت اكثر من هذا القول فمن احب ان يعلم ذلك ملخصا مشروحا فليقرا كتابي الذي يدعا كتاب الجدال بين المخالف والنصراني الّفتُه انا في ذلك الكتاب صححت مقالة النصرانية اعني الملكية والرد علي من خالفها

فلنرجع الان الي غرضنا وما كنا فيه من التاريخ فاما يزدجرد ابن بهرام الذي يقال له الاثيم ملك الفرس فكان فظا غليظا رديي السيرة فاشفقوا علي توليتهم اياه علي انفسهم فجزعوا من قتله وكرهوا ان تجري في ملوكهم تلك السنة فزعموا انهم راووا فرسا قد اقبل حتي وقف علي بـاب الملك فطاف الناس به متعجبين

من

humanitate suâ, déque unitate filiationis ipsius ejúsque quo Dominus est respectûs, atque ostensum est cuivis intellectu & judicio prædito *Christum* unum esse unitate subsistentiæ unius [viz.] subsistentiæ Verbi æterni, duabus præditum naturis, divinâ, quæ æterna est, & humanâ, quā sibi creavit, ac manifesta facta absurditas eorum quæ profitentur tam *Nestoriani* quàm *Jacobitæ*. Acnisi hoc sedulò vitaremus ne æquo longior esset liber noster, néve ab instituto nobis proposito digrederemur plura ad hanc sententiam explicandam atque elucidandam adderemus. Qui autem eam distinctè explicatam scire desiderat consulat librum meum qui *Liber disputationis inter Heterodoxum & Christianum*, insignitur. Eo enim libro sententiam Christianam, i.e. *Melchitarum*, confirmavi, & Heterodoxis respondi.

Iam verò ut ad institutum nostrum, & in quâ prosequendâ fuimus, historiam revertamur; *Iazdejerd Bahrami* filius, *Al Athim* [scelestus] cognominatus, *Persarū Rex*, rigidus atq; austerus fuit, malæ conversationis, adeo ut ægrè ipsos haberet quòd ipsū ipsi sibi præfecissent, timuerunt tamē ipsum occidere, nolentes illud de ipsorum Regibus in morem cedere. Asserunt autem visum esse equum qui usque dum ad portam Regis staret, procederet, quem circumdederant homines formæ

mæ ipsius pulchritudinem ac structuræ perfectionem mirati: cumque nunciatum de eo Regi esset prodiisse ipsum ad eum conspiciendum, magnâque ob eum lætitiâ affectum, jussisse sellâ imponi quò ipsum conscenderet, propiùs accedentẽ faciẽ ipsi demulsisse & cirrum ac jubam contrectâsse, dein & clunes ipsi detergere voluisse; at cùm ponè ipsum rectâ staret ictum ipsi calcibus impegisse [equum] quo jecur ejus læsum est adeo ut moreretur. Tum concitato cursu fugisse adeo ut nemo ipsum assequi posset. Dixisse ergò homines hoc è Dei beneficentia & misericordia in nos fuit. Reg: autem *Yazdejerd Al Athim* an: viginti unũ, menses quinq; & dies octodecim. Mortuo *Yazdejerdo* convenientes *Persarũ* magnates, dixerũt, Ne præficiamus nobis è progenie ipsius aliquem, ne eâdem apud nos viâ incedat. Fuit autem *Yazdejerdo* filius nominè *Bahram*, quem in nullum secum negotium admiserunt: ille ergò eorum quibusdam, Non decet (inquit) ut quenquam vobis Regem præficiatis, nisi cui insint septem istæ proprietates, viz: quòd cæteros antecellat, in rebus administrandis præstantiâ, consilio, veracitate linguæ, fortitudine, eloquentiâ, lenitate inter regendum, & insidiarum ab hostibus struendarum peritiâ. Dixerunt ergò ipsi, At ubi ita comparatum reperiemus? Ille, Fidem (inquit) mihi facite vos si talem vobis indicavero,

من حسن صورته وتمام خلقته فاخبروا الملك به
فخرج ونظرا ليه وسر به اشد سرور وامر ان يخرج
لمركبه ثم دني منه فمسح وجهه واخذ بناصيته
وعرفه ثم اراه يمسح عجزه فلما اسدوا خلفه
رمحه رمحه اصابت كبده فمات ثم ملا الفرس
فروجه جريا فلم يدرك فقال الناس هذا من
صنع الله لنا ورحمته ايانا وكان ملك يزدجرد
الاثيم احد وعشرون سنة وخمسة اشهر وثمانية
عشر يوما فلما مات يزدجرد اجتمع روسا فارس
فقالوا لا نملك علينا احدا من نسله فيسلك بنا طريقه
وكان ليزدجرد ابنا يسمى بهرام فلم يدخلوه في شي
من امورهم فقال لبعضهم لا نحب ان تملكوا عليكم
الا من فيه هذه السبعه خصال يكون
اوفركم حظا من الفضل في التدبير والنظر
في الامور وصدق اللسان وشدة البطش والبلاغه
والرفق في السياسه والعلم وما يكون من
مكايدة الاعدا فقالوا له ومن اين نجد لنا
ذلك فقال لهم اشرطوا لي علي انفسكم ان انا دللتكم

قلدنا فملكوه فاشترطوا له ذلك فلما استوثق منهم
قال لهم اذا ذلك الرجل فملكوه فملك بهرام
ابن يزدجرد ويقال له بهرام جور على الفرس
ثمانية عشر سنة واحد عشر شهرا وذلك في اثني
عشر سنة من ملك ثاوذوسيوس الصغير ملك
الروم فملك الفرس وسار فيهم سيرة حسنة فاحبوه
ثم لم يزل مؤثر الفتوة واللهو حتي لامه الناس
وطمع من كان حوله من الملوك في استباحة
ارضه فغزاه خاقان الاكبر ملك الترك في تسعة
وعشرين ربوة من الجند وكل ملك
كان للترك كان يسمى خاقان فسار حتى
نزل الصغد فقيل لبهرام ايها الملك انه قد نزل
من الامر ما ترى ولك فيه شغل عن اللهو فانظر لنفسك
ولهذه الامة فاصلح امرها وذب عنها وامن خوفها
فلم يقبل قولهم وخرج بهرام يريد ناحية اذربيجان
وارمينية ليتنسك في بيت نارها فلم يشك الناس
ان ذلك منه الهرب فجلسوا يتوامرون
فقالوا ليس لنا بخاقان طاقة

فنعطيه

ca vero ipsum regem constituturos. Hoc ergò cum ipso pacti sunt, tum ille (ubi ipsis consideret) Ego (inquit) is sum. Regem ergò ipsum constituerunt. Regnavítque *Bahram Yazdejerdi* filius, (qui & *Bahram jaur* cognominatus est) in *Persas*, annos octodecim cum mensibus undecim, idq; an: Imperii *Theodosii* Junioris Regis *Romaeorum* duodecimo. Imperavit ergò *Persis* ac se optimè inter eos gessit adeo ut ipsum amarent; dein haud destitit se rebus juvenilibus ac lusui indulgere, adeo ut ipsum vituperarent homines, ac regnum ipsius facilè diripiendi spem conciperent Reges vicini. Aggressus ergò ipsum *Chakan* Maximus, *Turcarum* rex, cum viginti quinque armatorum myriadibus, (quilibet autem *Turcarum* Rex *Chakan* insignitur,) profectus est usque dum in *Alsaid* castra figeret. Dixerunt ergo *Bahramo*, O Rex, Accidit nobis res quæ & nos & te occupatos à ludo distineat; Prospice ergò & tibi ipsi & genti huic, eiúsque res curans & ipsam propugnans, à metu securam præstes. Ille autè verba ipsorum minimè moratus profectus est in partes *Aderbijani* atque *Armeniæ* ad cultum in templo ibidem igni dicato præstandum. Quod cùm non dubitaret homines ipsum fecisse quò fugâ se subduceret, ipsi, cùm ad consilium ineundum consedissent, dixerunt; Nō sunt nobis contra *Chakanum*

 vires

vires, Tributū ergò ipsi offeramus quo nos & patriā nostrā redimamus, exceptis tantū *Morsâ* fratre *Bahrami* & *Azdnaro Iudice* qui dixerūt, Nos vobis in hoc assensū non præbebimus. Cùm verò *Chakano* nuntiatum esset submittere se *Persas*, securus factus arma deposuit. Accedens ergò quidam ad *Bahramum* ipsum de securitate & negligentiâ ipsius certiorem fecit, qui igitur profectus noctúque in illos irruens *Chakanum* manu suâ occidit, & in exercitum ipsius stragem immisit, qui ergò terga dederunt. Deinde *Bahramus* incolumis reversus, captos qui in ipsius potestate erant è *Chakani* subditis & militibus, unà cum uxoribus ipsorum, hominibus liberè distribuit; cúmque in regionem *Turcarum* delatum esset nuntium eorum quæ *Chakano* obtigissent, fugerunt ipsi ad extremos terræ suæ limites. *Bahramus* autem, fratrem suum *Morsa Chorasano*, præficiens, ipse *Aderbijanum* reversus est nullum omnino locum relinquens in quo nō aliquod devotionis opus præstitit, sacrificia ibi immolans ad gratias Deo reddendas, donec ubi ad ignis ædē quæ *Aderbijani* fuerat pervenisset ex equo descendens pedibus incesserit donec ipsam ingressus esset, in honoris eidem deferendi signum, & ad gratias Deo testandas. Tum uniones, Hyacinthos, & gemmas pretiosas quæ in *Chakani* diademate fuerant ad portam ejusdem

فنعطيه الجزية وتفدي ارضهنا وارضنا غير ان
مرهي اخو بهرام وازدار القاضي فانهما قالا لمن
تجامعكم علي ذلك. فلما بلغ خاقان خضوع اهل
فارس امن ووضع السلاح فاتا رجل الي بهرام
فاعلمه بامنه وغرته فصار بهرام اليه
فكبسه ليلا فقتل خاقان بيده ونشا
القتل في جنده ومضوا اكتافهم ثم رجع بهرام
سالما ثم من الي من كان في يده من اهل
خاقان وجنوده ونساهم فاباحهم للناس.
فلما بلغ الخبر الي ارض الترك ما لقي خاقان
هربوا الي اقاصي ارضهم وولي بهرام اخاه مرسي
خراسان وانصرف الي اذربيجان لا ينزل منزلا
ولا منزلا الا نسك فيه نسكا وذبح فيه ذبائحا شكرا
لله حتي اذا اتا الي بيت نار اذربيجان
نزل عن دابته يمشي حتي دخل اليه
تعظيما لامره وشكرا لله ثم امر بما كان في
اكليل خاقان من الدر والياقوت الاحمر
والجوهر الفاخر فعلق علي باب ذلك البيت
وتحل.

وجعل تلك الغار سقف خاقان الصعلي باللولو ثم صار الي عراق فاقام بها ايامـا ثم صار الي الروم يغزوهم فلما سمع ثاودوسيوس ملك الروم بذلك بعث برجل يقال له اصطرالميوس لينظر مملكة بهرام فرجع اليه فاعلمه انه في ضعف فطمع ثاوذوسيوس الملك في بهرام واسعده وخرج اليه في جنوده وكان بينهم قتال شديد ووقع بينهم قتل كثير من الفريقين وانهزما كلاهما فرجع ثاوذوسيوس الملك الي القسطنطينية وانطلق بهرام ودخل ارض الهند متنكرا فمكث حينا لا يعرفونه وكانوا يرون من قوته وجلده وقتله السباع وجراته عليها حتي بلغه ان في ارضهم فيلا قد قطع السبيل وقتل ناسا كثيرا فسالهم ان يدلوه عليه فقالوا له انت غريب ونكره ان نعرضك للمكروه فاخبروا الملك فارسل معه رجلا يدله علي الناحية التي فيها الفيل فلما راه فرماه بهرام رمية شبكت بين عينيه وزرقه بسهم اخر واخر فقتله

واحتز

autem *Eutyches*, Si dixerimus *Christo* duas esse naturas idem asseremus cum *Nestorio*; verùm dicimus nos *Christum* esse naturam unam, & personam, unam cùm consistat duabus naturis quæ [duæ] erant ante unionem: at ubi assumptum est corpus recessit dualitas ista ac factus est natura una, unáq; persona. Cui respondit *Flavianus* Patriarcha *Constantinopolitanus*, Si esset *Christus*, (uti asseritis) natura una, tum esset natura quæ æterna fuit de novo facta; quòd si qui æternus fuit, de novo ortus sit, tum & qui nunquam non fuit, idem aliquando non fuit. Quòd si admitti possit ut quod æternum fuit, idem de novo fuerit, erit idem qui stat sedens, quod calidum est frigidum; quod tenebrosum, lucidum; cum id genus impossibilibus quæ fieri non potest ut conjungantur in eadem [rei] parte. Noluit tamen ille à sententiâ suâ recedere; quare anathemate illum percussit, at *Constantinopoli* non expulit, quòd cùm Medicus esset eo homines opus haberent. Porrò *Theodosius* Rex idem cum *Eutychete* sensit. *Eutyches* ergò se apud *Theodosium* Regem defendens dixit *Flavianum* ipsum injuriâ excõmunicâsse, Regem rogans ut scriptis ad omnes Patriarchas literis, convenire & de eo quod ipsi contigisset disquirere [juberet.] Scripsit ergò Rex tum ad *Dioscorum* Patriarcham *Alexandrinum*, tum ad *Domnium* Patriarcham

Antiochenum, nec non *Leonem* Patriarcham *Romanum*, & *Iuvenalium* Patriarcham *Hierosolymitanum* ut unà cum Episcopis suis accederent ut de *Eutychetis* negotio disquirerent. Qui ergò *Ephesi* convenerunt. Atque est hoc Concilium secundum *Ephesi* habitum, cujus præsides erant *Dioscorus* Patriarcha *Alexandrinus*, *Domnius* Patriarcha *Antiochenus*, *Iuvenalius* Patriarcha *Hierosolymitanus*, & deputati *Leonis* Patriarchæ *Romani*. Disceptârunt ergò de eo quod inter *Eutychetē* & *Eusebiū Doraliæ* Episcopum atque *Flavianum* Patriarcham *Constantinopolitanum* intercesserat, *Dioscorus* autem *Alexandriæ* Patriarcha *Eutychetis* sententiam confirmans *Flavianum* Patriarcham *Constantinopolitanum* & *Eusebium Doraliæ* Episcopum excommunicavit. Obstiterunt verò *Domnius* Patriarcha *Antiochenus*, *Iuvenalius Hierosolymitanus*, *Mordastus Ancyræ* Episcopus, & *Asa Rohensis*, cum multis aliis Episcopis, nec non deputatis *Leonis* Patriarchæ *Romani*, *Dioscoro* Patriarchæ *Alexandrino* in eo quod fecit, & sententiam ipsius ut absurdam damnârunt. Excommunicavit ergò ipsos *Dioscorus*, & ad *Leonem* Patriarchā *Romanum* & ad Sacerdotes complures scripsit quo ipsos excōmunicaret & sacramento interdiceret nisi *Eutychetis* opinionē amplecterentur, atque in hac sententiâ ab urbe *Epheso* reversus est, idque anno regni *Theodosii*

والي لاون بطريرك رومية والي يوبناليوس بطريرك
بيت المقدس إن يشخصوا مع اساقفتهم لينظروا في
قصة اوطيشوس. فاجتمعوا في مدينة افسس وهذا هو
المجمع الثاني في مدينة افسس وكان المقدم في
المجمع ديسقورس بطريرك الاسكندرية ودمنوس
بطريرك انطاكية ويوبناليوس بطريرك بيت المقدس
ووكلا لاون بطريرك رومية فنظروا في قصة اوطيشوس
مع اوسابيوس اسقف دريلية وفلابيانوس بطريرك
القسطنطينية فثبت ديسقورس بطريرك الاسكندرية
مقالة اوطيشوس وقطع فلابيانوس بطريرك القسطنطينية
واوسابيوس اسقف دريلية فاذكر دمنوس بطريرك
انطاكية ويوبناليوس بطريرك بيت المقدس
ودوسيطس اسقف ادكرة واسا اسقف الرها وجماعة
من الاساقفة ووكلا لاون بطريرك رومية علي
ديسقورس بطريرك الاسكندرية مافعل وقبحوا رايه
فقطعهم ديسقورس وكتب الي لاون بطريرك رومية
والي جماعة الكهنة يحرمهم ويمنعهم من القربان
ان لم يقبلوا مقالة اوطيشوس وانصرف ديسقورس علي
هذا الراي من مدينة افسس وذلك في اربعين سنة من
ملكه

ملك ثاودوسيوس الصغير فهدنت الامانة وصارت
الامانة والمقالة مقالة اوطيشيوس خاصة بمصر والاسكندرية
وكان ثاودوسيوس الملك قد قال بمقالة اوطيشيوس
وفي اربعين سنة من ملكه مات فلابيانوس بطريرك
القسطنطينية الذي قطعه ديسقورس وصير بعده
اناسطوس بطريركا على القسطنطينية اقام تسع سنين
ومات وفي اربع سنين من رياسته كان المجمع الرابع
في مدينة خلقدونية وفي احد واربعين سنة من
ملك ثاودوسيوس مات دمنوس بطريرك
انطاكية الذي قطعه ديسقورس وصير بعده
مقسيموس بطريركا على انطاكية اقام اربع سنين
ومات وفي ثلاث سنين من رياسته كان
المجمع الرابع في مدينة خلقدونية وكان
لثاودوسيوس الملك زوجة تسمي اودوكية فاهدي
للملك تفاحة في غير اوان التفاح فدفع الملك التفاحة
الي زوجته اودكية ثم دخل يوما الي بعض بطارقته
فاصاب التفاحة عنده فاشتد ذلك عليه واغتم وتوهم
ان زوجته اودوكية صديقة ذلك البطريق فنفاها
الي بيت المقدس ومات ثاودوسيوس الصغير ملك
الروم

odosii Iunioris quadragesimo, unde corrupta est fides; fuitque fides & sententia [quæ obtinuit] sententia *Eutychetis*, præcipuè in *Ægypto* & *Alexandria*; eandémque *Eutychetis* sententiam amplexus est *Theodosius* Imperator. Cujus Imperii anno quadragesimo mortuus est *Flavianus* Patriarcha *Constantinopolitanus*, quem excommunicaverat *Dioscorus*: cui in Patriarchatu *Constantinopolitano* suffectus est *Athanasius*, qui cùm annos novem sedisset, mortuus est. Ejus præfecturæ anno quarto fuit Concilium quartum in urbe *Chalcedone*; Porrò anno regni *Theodosii* quadragesimo primo mortuus est *Domnius* Patriarcha *Antiochenus* quem excommunicaverat *Dioscorus*, constitutúsque est post ipsum Patriarcha ibidem *Maximus*, qui annos quatuor sedit, dein mortuus est. Ejus præfecturæ anno tertio fuit Concilium quartum *Chalcedoni*. Fuit autem *Theodosio* Imperatori uxor nomine *Eudocia*; cúmque Imperatori donatum esset pomum tempore quo non reperirentur poma, ipse illud *Eudociæ* uxori dedit, at cùm postea die quodam domum Patricii cujusdam ingressus, ibi pomum istud reperisset, ægrè admodum illud habuit, tristitiâque affectus est, suspicatus uxorem suum *Eudociam* Patricio isti amiciorem esse. Ipsam ergò *Hierosolyma* relegavit. Mortuo *Theodosio* Iuniore *Græcorum* Impe-

ratore, imperavit ipsis *Marcianus* annos sex, idq; anno regni *Yazdejerdis* f. *Bahrami Persarum* Regis decimoquarto. Ubi autem regno potitus est *Marcianus*, convenientes ex omnibus regionibus Episcopi, ipsíque imperium faustum comprecati, notum ipsi fecerunt quàm iniquè egisset Concilium secundum *Ephesinum*, & quid fecisset *Dioscorus* Patriarcha *Alexandrinus*, excommunicatis injuriâ Patriarchis qui mortui fuerant, & sententiam *Eutychetis* infidelis amplexus eámque ut veram confirmans, & quomodo fidem & traditiones corrupisset, adeò ut *Eutychetis* sententia apud homines invalesceret. Iussit ergò *Marcianus* Rex scribi literas ad *Leonem* Patriarcham *Romanum*, *Maximum* Patriarcham *Antiochenum* & *Buslavium* [*Iuvenaliū*] Patriarchā *Hierosolymitanū*, ut unà cum Metropolitis & Episcopis suis accederent; dari etiam literas ad Episcopos qui è *Græcorum* territorio essent ut omnes *Chalcedoni* convenirent, quò de sententiâ *Eutychetis* dispicerent disquireréntque, & de facto *Dioscori* Patriarchæ *Alexandrini* quòd ejusdem doctrinam amplexus esset, & Patriarchas demortuos excommunicâsset, & quò fidem confirmarent quam ediderant tria Concilia sancta. Convenerunt igitur *Chalcedoni* Episcopi sexcenti triginta. Primas in Concilio obtinuerunt *Anatolius* Patriar-

cha

الروم وملك بعده مرقيان علي الروم ست سنين وذلك
في اربعة عشر سنة من ملك يزدجرد ابن بهرام ملك
الفرس فلما ملك مرقيان اجتمعوا الاساقفة من كل
بلد وباركوا له في الملك واعلموه ما كان من ظلم
المجمع الثاني الذي كان بافسس وما فعل ديسقورس
بطريرك الاسكندرية وقطعه للبطاركة الذين ماتوا
تعدي منه وقبوله مقالة اوطيشوس الكافر وتصحيحه
لمقالته وانه قد افسد الدين والسنن وان مقالة
اوطيشوس قد غلبت علي الناس فامر مرقيان الملك
ان يكتب الي لاون بطريرك رومية والي مكسيموس
بطريرك انطاكية والي يوبيناليوس بطريرك بيت المقدس
بان يشخصوا ويكون معهم مطارنتهم واساقفتهم وان يكتب
الي الاساقفة الذي بارض الروم فيجتمعون كلهم في
مدينة خلقيدونية لينظروا ويفحصوا عن مقالة اوطيشوس
وما فعل ديسقورس بطريرك الاسكندرية من قبوله
قول اوطيشوس وقطعه للبطاركة الذين ماتوا وان
يثبتوا الامانة علي ما ثبتها الثلثة مجامع المقدسة
فاجتمع في خلقيدونية ستماية وثلاثون اسقفا
وكان المقدم في الجماعة اناطوليوس بطريرك
القسطنطينية

القسطنطينية ومكسيموس بطريرك انطاكية
ويلايبوس بطريرك بيت المقدس وكتب لاون بطريرك
رومية الي مرقيان الملك بالامانة المستقيمة امانة
الملكية ووجه بالكتاب مع قسيس من تلاميذه
يقال له بونيفاتيوس فوجه الملك مرقيان بالكتاب
مع القسيس بونيفاطيوس الي مدينة خلقدون ودفعه
الي الاساقفة المجتمعين وحضروا بونيفاتيوس القسيس في
الستماية وثلاثين وكان في المجمع تلاميذ لافتيميوس
القديس اسطافنس اسقف برنيها ويوحنا اسقف البربر
فلما اجتمعوا نظروا في فساد مقالة ديسقورس بطريرك
الاسكندرية وما فعل من موافقته لمقالة اوطيشوس
فلعنوا ديسقورس ولعنوا اوطيشوس وثبتوا ان ربنا
يسوع المسيح اله وانسان وهو في الكيان
مع ابيه في اللاهوت وفي الكيان معنا في
الناسوت يعرف بطبيعتين تاما بلاهوته وتاما بناسوته
مسيح واحد وثبتوا اقوال الثلثماية وثمانية
عشر اسقفا الذين اجتمعوا في مدينة
نيقية وقبلوا قولهم ان الابن مع ابيه في
الكيان نور من نور اله حق من اله حق ولعنوا
اريوس

cha *Constantinop. Maxim. Antiochenus*, & *Buslavius* [*Iuvenalius*] *Hierosolymitanus*. *Leo* autẽ Patriarcha *Romanus* ad *Marcianum* Imperatorem de fide Orthodoxa, fide *Melchitarum*, scribens, Epistolam per sacerdotem è discipulis suis quendam nomine *Bonifacium* misit, quam deinde *Marcianus* Imperator per *Bonifacium* sacerdotem *Chalcedonem* misit ad Episcopos ibi congregatos, qui *Bonifacium* numero sexcentorũ triginta accensuerunt. Fuerúntque in Concilio discipuli *Euthymii* sancti *Stephanus* Episcopus *Barabiæ*, & *Ioannes* Episcopus *Barbarorum*. Ubi ergò convenerant, in falsitatem sententiæ *Dioscori* Patriarchæ *Alexandrini* inquisiverunt, & quid de facto ipsius quòd *Eutychetis* sententiam amplexus fuerat; & in ipsum, unáque in *Eutychetem*, anathema denuntiârunt, Statuentes, Dominum nostrum *Iesum Christum* Deum esse & hominem, ipsúmque ejusdem esse essentiæ cum patre quod ad divinatem, ejusdémque cum nobis quod ad humanitatem, Utrâq; naturâ agnitum, perfectum in divinitate suâ, & perfectũ in humanitate suâ, *Christum* unum. Confirmarúntq; doctrinam Episcoporum trecentorum octodecim qui *Niceæ* convenerunt, amplexi dictum ipsorum; esse sc. Filium Patri Coessentialem, lumẽ de lumine, Deum verum de Deo vero; anathema etiam dixerunt

Ario

Aria, & confirmârunt doctrinam Concilii secundi centum quinquaginta Episcoporum qui *Constantinopoli* contra *Macedonium* convenerunt, asserentes Spiritum Sanctum esse Deum, esséque Patrem Filium & Spiritum Sanctum Deum unum, unam naturam, tres personas, & tres hypostases. *Macedonium* etiam anathematizârunt. Confirmârunt etiam doctrinam Concilii tertii, eorum nempe qui *Ephesi* primâ vice convenerunt, viz Episcoporum ducentorũ, contra *Nestorium*, dicentes *Mariam* Virginem peperisse Deum, Dominum nostrum *Iesum Christum* qui ejusdem est cum patre suo naturæ divinæ, ejusdem cum hominibus naturæ humanæ, ac confessi duas esse *Christo* naturas, personam unam, hypostasin unam; & *Nestorium* anathemate devoverunt, nec non *Dioscorum*, & quisquis ipsius sententiam amplecteretur, ipsúmque loco abdicârunt; anathema etiam dixerunt Concilio secundo *Ephesino*. Adfuítque huic concilio Archidiaconus *Alexandrinus* nomine *Proterius*, quem Patriarcham *Alexandriæ* loco *Dioscori* infidelis, maledicti, præfecerunt. Iam à Concilio tertio, *Ephesino* sc. Episcoporum ducentorum qui primâ vice *Ephesi* convenientes *Nestorium* anathemate percusserunt, ad quartum hoc Concilium quod *Chalcedoni* habitum est, anni sunt viginti unus, hoc nempe in

quo

اريوس وثبتوا قول المجمع الثاني المايه والخمسين
اسقفا الذين اجتمعوا بالقسطنطينية على مكدونيوس
وقالوا ان روح القدس اله وان الاب والابن والروح
القدس اله واحد طبيعة واحدة واقانيم ثلاثة ووجوه
ثلاثة ولعنوا مكدونيوس وثبتوا قول المجمع
الثالث الذين اجتمعوا في مدينة افسس اول مرة
وهم مايتين اسقفا على نسطور وقالوا ان مريم
العذري ولدت الاها ربنا يسوع المسيح الذي هو مع
ابيه في الطبيعة الالهية ومع الناس في الطبيعة
الناسوتية وشهدوا ان المسيح طبيعتين واقنوم
واحد ووجه واحد ولعنوا نسطور ولعنوا ديسقورس
ومن يقول بمقالته واتفق ولعنوا المجمع
الثاني الذي كان بافسس وكان في هذا
المجمع بعض شمامسة الاسكندرية يقال له
بروطاوس فصيروه بطريركا على الاسكندرية بدل
ديسقورس الكافر الملعون فمن المجمع الثالث
بافسس المايتين اسقف الذين اجتمعوا في افسس
اول مرة والعنوا نسطور الى هذا المجمع الرابع الذي
كان بمدينة خلقدونية واحد وعشرون سنة الذي كان

فيه بمقالته ويلعنون اسقف ولعنوا ديسقورس واوطيشوس
وكان اهل مصر والاسكندرية قد قالوا بمقالة ديسقورس
واوطيشوس وزعموا ان ديسقورس لعن ظلما وكانوا
خايفون من مرقيان الملك ان يظهروا مقالتهم فاما
ديسقورس لما نفي صار الي فلسطين وبيت المقدس
فلم يزل دايرا في كل مدن فلسطين وبيت المقدس حتي
قالوا بمقالته واصطلح اساقفتها ايضا وكانت اودوكية زوجة
تاوذوسيوس الملك بمقالة ديسقورس قالت بمقالته
وبعثت اليها من ابا كثيرة وكان اوثيميوس القديس
في برية المقدس يقاتل ويذب عن الامانة الملكية
فبعث اوثيميوس القديس الي اودوكية وقال لها لا
تقبلي بمقالة ديسقورس فانه يعني يقولون هو
ونحلة من يقولون بمقالته فرجعي الي الحق
كما كنتي فقبلت اودوكية قول اوثيميوس
القديس وتركت مقالة ديسقورس ورجعت الي الحق
ووجهت اليه هدايا كثيرة وبنت اودوكية في بيت
المقدس كنايس كثيرة وديارات وفي ثلاث سنين من
ملك مرقيان صير انسطاس بطريركا علي بيت المقدس
وكان يعقوب بن الام سبعة عشر سنة ومات وفي هذه
السنة

quo convenerunt Episcopi sexcenti triginta, qui *Dioscorum* & *Eutychetem* anathemate devoverunt. *Ægyptii* verò & *Alexandriæ* incolæ *Dioscori* & *Eutychetis* sententiam amplexi fuerant, & *Dioscorum* injuriâ anathemate percussum autumârunt; metu autem *Marciani* Regis sententiam suam palã proferre ausi non sunt. *Dioscorus* verò loco abdicatus *Palæstinam* & *Hierosolyma* profectus omnium ibi degentium fidem corrupit adeo ut idem cum ipso assererẽt, conciliavit etiã sibi Episcopos eorũ, & *Eudocia Theodosii* Imperatoris uxor auditâ *Dioscori* sententiâ ei assensum præbuit, multáque ipsi donaria misit. Sanctus autem *Euthymius*, *Hierosolymis* fidem orthodoxam propugnabat & tuebatur, qui & ad *Eudociam* mittens dixit ipsi, Ne recipias *Dioscori* sententiam, utpote qui loco pulsus, & anathemate percussus sit unà cum omnibus qui sententiam ipsius amplectuntur. Revertere ergò ad eam quam professa eras veritatem. Auscultans ergò *Eudocia* dicto Sancti *Euthymii*, abdicatâ *Dioscori* sententiâ ad veritatem reversa est; multis illi missis muneribus. Condidit etiam *Eudocia Hierosolymis* multas Ecclesias, & cœnobia. Porrò, anno tertio regni *Marciani* constitutus est *Anastasius* Patriarcha *Hierosolymitanus*, qui Iacobita fuit: sedit annos novendecim deinde mortuus est. Eodem anno factus

factus est *Basilius* Patriarcha *Antiochenus*, duos annos sedit, dein mortuus est. Anno regni ejusdem quinto, constitutus est *Martyrius* Patriarcha *Antiochenus*, qui octo annos sedit, dein mortuus est. Anno regni ipsius sexto constitutus est *Gennadius* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui decem annos sedit, dein mortuus est. Tempore *Marciani* fuit *Symeon* seclusus, qui in columna stetit, [Stylita.] fuit ille Monachorum qui in cellam se recepit primus fuitque hoc in territorio *Antiochiæ* in monte, qui mons *Mirabilis* dicitur. Eodē tempore Sanctus *Theodosius* præfectus cœnobio *Al Dawakesi* è patria sua profectus donec ad *Simeonē* seclusū *Antiochiæ* pervenisset, cum eo diebus aliquot permansit, tum *Hierosolyma* accedens Monachus factus est. Porrò, anno sexto Imperii *Marciani* Regis *Romanorum* mortuus est *Yazdejerd Bahrami* filius Rex *Persarum*, quo è medio sublato de regno contenderunt duo ipsius filii *Phiruz* & *Hormos*, aliis à partibus *Firuzi*, aliis ab *Hormozi* stantibus, unde conflagravit inter ipsos bellum donec *Hormoz* unà cum tribus è domesticis suis occideretur. Regnavit ergò *Phiruz Yazdejerdi* filius in *Persas* viginti septem annos, ídque anno Imperii *Marciani* Regis *Romanorum* sexto. Fuit autem *Martianus* Rex Orthodoxus, quique fidem *Melchitarum* tueretur & propugnaret. Ipsō verò mortuo,

السنة صير نميون بطريركا علي انطاكية اقام سنتين
ومات وفي خمس سنين من ملكه صير مرطوريوس
بطريركا علي انطاكية اقام ثمان سنين ومات
وفي ستة سنين من ملكه صير جناديوس بطريركا
علي القسطنطينية اقام عشرة سنين ومات وكان في
عصر مرقيان الملك سمعان الحبيس صاحب العمود
وهو اول راهب سكن في صومعة وعلي ذلك بكورة انطاكية
في الجبل الذي يقال له الجبل العجيب وفي ذلك
العصر خرج القديس ثاوذوسيوس صاحب دير المتوحدين
من بلاده حتي صار الي سمعان الحبيس بانطاكية
اقام عنده اياما ثم صار الي بيت المقدس وترهب وفي ستة
سنين من ملك مرقيان ملك الروم مات يزدجرد ابن
بهرام ملك الفرس فلما هلك يزدجرد تنازعا علي الملك
من بعده ابناه فيروز وهرمز فصار بعض مع فيروز وبعض
مع هرمز فاشتعل الحرب بينهم حتي قتل هرمز وثلاثة
نفر معه من أهل بيته وملك فيروز ابن يزدجرد علي الفرس
سبعة وعشرين سنة وذلك في السنة السادسة من ملك
مرقيان ملك الروم وكان مرقيان الملك حسن
الامانة وكان يحبه ويقاتل قوم الامانة المنحكمة
ومات .

ومات مرقيان الملك وملك بعده لاون الكبير على الروم
ستة عشر سنة وذلك في سنتين من ملك فيروز ابن
يزدجرد ملك الفرس وكان لاون حسن الامانة ملكيا فلما
سمع اهل الاسكندرية ان مرقيان الملك قد مات وثبوا على
بروطاريوس بطريرك الاسكندرية فقتلوه في كنيسة
قيصرون وحملوا جسده على جمل الى الملعب الكبير الذي
كان بناه بطليموس الملقب بالارنب واحرقوه بالنار فظهر
في السما شعل نار وصواعق وبرق ورعد شديد مدة
اربعين يوما وكان لبروطاريوس وقت قتل ست سنين
وصير بعده تيموثاوس اخو ماطولموس ويعرف بيالوريوس
بطريركا على الاسكندرية وكان يعقوبيا اقام ثلاث سنين
فقدم قائد من القسطنطينية الى الاسكندرية يقال له
فلاونس فنفى تيموثاوس الى موضع يقال له مرصوفس وهي
قرية على شاطي البحر الذي يسمى بنطس وصير
تيموثاوس اخر يعرف بصورس بطريركا على الاسكندرية
وكان يعقوبيا اقام خمسة عشر سنة ومات وفي ستة عشر
سنة من ملك لاون الكبير صير مرتيريوس بطريركا على
بيت المقدس وكان يعقوبيا اقام ثماني سنين ومات وفي
عشر سنين من ملكه صير اكاكيوس بطريركا على
القسطنطينية

mortuo, post ipsum *Romanis* annos sexdecim imperavit *Leo* Magnus, idque anno regni *Phiruzi* f. *Yazdejerdi Persarum* Regis secundo. Fuitque etiam *Leo* Orthodoxus, *Melchita*. *Alexandrini* audito mortuum esse *Marcianum* Imperatorem *Proterium* Patriarcham *Alexandrinum* adorti ipsum interfecerunt in Ecclesia *Cyrini*, dein corpus ipsius camelo in *Hippodromum* magnum, quod extruxit *Ptolomæus* appellatus *Lagus*, gestatum, igne cremârunt. Porrò, apparuit in cœlo nubes ignea, cum tonitru, & fulgure, ac terræmotu magno diebus quadraginta. Sederat *Proterius* cùm interfectus est sex annos. Post ipsum suffectus est *Timotheus Anteli* frater, qui *Ianurius* audit, in Patriarchatum *Alexandriæ* qui *Iacobita* fuit. Hic cùm annos tres sedisset, Dux quidam nomine *Balnus Constantinopoli Alexandriam* perveniens ipsum relegavit in locum dictum *Morsuphin*, qui vicus est ad littus maris quod *Pontus* audit. Præfectúsque est Patriarcha *Alexandriæ Timotheus* alter, qui *Surus* appellatus est, qui etiam *Iacobita* fuit; annos quindecim sedit, dein mortuus est. Porrò, anno Imperii *Leonis* Magni decimo sexto, factus est *Martinus* Patriarcha *Hierosolymitanus*; *Iacobita* erat; annos octo sedit dein mortuus est. Anno ejusdem regni decimo constitutus est *Acacius* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui cùm decem annos

nos sedisset mortuus est. anno ejusdem duodecimo constitutus est *Ioannes* Patriarcha *Antiochenus*, qui sex annos sedit dein mortuus est. Ejusdem decimo tertio factus est *Iulianus* Patriarcha *Antiochenus*, annos quinq; sedit dein mortuus est. Anno regni ipsius octavo creatus est *Ilarius* Patriarcha *Romanus*, qui cùm sex annos sedisset mortuus est. Ejusdem anno decimo sexto constitutus est *Silenus* Patriarcha *Romanus*, qui quatuordecim annos sedit, dein mortuus est: Atque hic *Timotheum Anatolii* fratrem Patriarcham *Alexandrinum* anathemate percussit. Mortuo *Leone* Magno *Romanorum* Imperatore, regnavit post ipsum in *Romanos* annum unum *Leo* parvus, qui *Iacobita* erat, idque anno regni *Firuzi* f. *Yazdejerdi Persarum* Regis decimo octavo. Mortuo deinde *Leone* parvo *Romanorum* Imperatore imperavit iisdem post ipsum filius ipsius *Zenon*, qui etiam *Iacobita* fuit. Idque anno regni *Phiruzi Persarum* Regis decimo nono. Profecto autem *Zenone* in locum appellatum *Surab* oblectationis causâ, vir quidam nomine *Basilicus* unà cum filio suo *Marco*, mensibus viginti regnum occupavit: quos post continuum inter ipsos bellum superavit *Zeno*, ac *Constantinopolim* ingressus *Basilico*, & filio ipsius interfectis ædes ipsorum & opes diripuit; eorum etiam sequaces interemit.

Eodem

القسطنطينية اقام ثلاثة عشر سنة ومات وفي اثني عشر سنة من ملكه صير يوحنا بطريركا علي انطاكية اقام ستة سنين ومات وفي ثلثة عشر سنة من ملكه صير يوليانوس بطريركا علي انطاكية اقام خمسة سنين ومات وفي ثمان سنين من ملكه صير ايلاريوس بطريركا علي رومية اقام ستة سنين ومات وفي ستة عشر سنة من ملكه صير سيمبلنوس بطريركا علي رومية اقام اربعة عشر سنة ومات وهذا البطريرك لعن تيموثاوس اخا اناطوليوس بطريرك الاسكندرية ومات لاون الكبير ملك الروم وملك بعده لاون الصغير علي الروم سنة واحدة وكان يعقوبي وذلك في ثمانية عشر سنة من ملك فيروز ابن يزدجرد ملك الفرس ومات لاون الصغير ملك الروم وملك بعده ابنه زينون علي الروم سبعة عشر سنة وكان يعقوبي وذلك في تسعة عشر سنة من ملك فيروز ملك الفرس وخرج زينون الملك الي موضع يقال له صورة يتنزه بها فغلب علي الملك رجل يقال له باسليقوس وابنه مرقص معه عشرين شهرا فلم يزل القتال بينهم فغلبهما زينون ودخل الي القسطنطينية وقتل باسليقوس

وابنه ونهبت ديارهم واموالهم وقتل كل من كان لهما
تابعا وفي ذلك العصر وقعت رجفة عظيمة في مدينة
القسطنطينية وانكسفت الشمس وظهرت النجوم بالنهار
ووقعت دور كثيرة جدا ومات خلق عظيم من شدة الرجفة
وذلك في تسع سنين من ملك زينون ملك الروم وفي
السنة الثانية من ملكه هرب تيموثاوس بطريرك الاسكندرية
الذي يعرف بسورس الي وادي هبيب ورجع تيموثاوس
اخو اناطوليوس من نرسولات الي بطريركية الاسكندرية
اقام سنتين ومات وصير بعده بطرس وكان رئيس الشمامسة
بطريرك علي الاسكندرية وكان يعقوبي اقام سنة وثلاثين
يوما وهرب الي القسطنطينية ورجع تيموثاوس المعروف
بسورس من وادي هبيب وفي نسخة اخري يقول دير
هبيب ولاشك انها اصح فاقام بطريرك اربع سنين ومات
وفي تسع سنين من ملك زينون كان الوالي بالاسكندرية
من قبل زينون ابن غسطس فصير يوحنا بطريركا علي
الاسكندرية وكان يعقوبي اقام ستة اشهر وقدم الي
الاسكندرية والي اخر من قبل زينون يقال له اوغسطاليوس
ومعه بطرس البطريرك الذي كان هرب الي
القسطنطينية فهرب ابن اغسطس القايد من بين
يدي اوغسطاليوس وهرب معه يوحنا البطريرك

Eodem tempore accidit *Constantinopoli* terræ-motus ingens. Eclipsin etiam passus est sol, adeo ut stellæ interdiu apparerẽt. Domus etiam quamplurimæ corruerunt, ac magna hominum multitudo terræ-motu periit; ídque anno imperii *Zenonis* Imperatoris Romanorum nono. Regni ipsius anno secundo fugit *Timotheus* cognomento *Surus* Patriarcha *Alexandrinus* in vallem *Habib*, reversúsque *Timotheus Anatolii* frater à *Marsuphin* ad Patriarchatum *Alexandriæ*, ibidem biennio sedit, dein mortuus est; factúsque est post ipsum *Petrus* (qui Archidiaconus fuerat) Patriarcha ibidem; *Iacobita* fuit, sedit annos, sex, & dies triginta, dein *Constantinopolin* fugit reversúsque est *Timotheus* cognomine *Surus* à valle *Habib*, (vel secundum aliud exemplar, Monasterio *Habib*, quod sine dubio verius est) & cùm in cathedra Patriarchali quatuor annis sedisset mortuus est. Anno regni ejusdem *Zenonis* nono *Alexandriæ* quidam ipsius nomine præfectus *Ebn Gustus Iohannem* ibidem Patriarcham constituit, qui *Iacobita* fuit, ibíque sex menses sedit. Deinde alius *Alexandriam* à *Zenone* præfectus nomine *Augustalius* missus est, unáque cum ipso *Petrus* Patriarcha qui *Constantinopolin* fugerat. *Ebn Gustus* vero præfectus ab *Augustalio* fugâ se proripuit, unâ etiam fugiente *Iohanne* Patriarcha. Reversúsque

súsque *Petrus* Patriarcha qui fugerat, in locum suum, annos octo sedit, dein mortuus est. Anno decimo sexto imperii *Zenonis* factus est *Abinas* Patriarcha *Alexandrinus*, qui *Jacobita* fuit, septem annos sedit, dein mortuus est. Multas *Alexandriæ* Ecclesias extruxit, multáque monimenta. Eo tempore conflagravit Hippodromus magnus qui à *Ptolomæo* qui cognominatus est *Lagus Alexandriæ* extructus fuerat, in quo crematus fuerat *Proterius* Patriarcha. Anno septimo imperii *Zenonis* constitutus est *Melitus* Patriarcha *Hierosolymitanus*, qui *Iacobita fuit*; octo annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem decimo sexto creatus est *Elia* Patriarcha *Hierosolymitanus* qui annos viginti quatuor sedit (vel secundùm aliud exemplar quatuordecim) struxítque Ecclesias. [inter cæteras] Ecclesiam *Helenæ*, quam non perfecit: relegatúsque est *Ilam*. Eo tempore *Hierosolymis* fuit *Anba Theodosius* cænobii *Aldawacesi*, *Anba Charitan* cænobii *AlSaiki* veteris, *Anba Saba AlSaiki* novi, præpositi. Anno sexto imperii *Zenonis* factus *Euphuitus* Patriarcha *Constantinopolitanus*, quinque annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem undecimo (vel secundùm aliud exemplar vicesimo primo) constitutus est *Euthymius* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui decem annos sedit, dein mortuus est. Anno

primo

ورجع بطرس البطريرك الذي كان هرب الي موضعه اقام
ثمان سنين ومات وفي ستة عشر سنة من ملك زينون
صير ابيفانس بطريركا علي الاسكندرية وكان يعقوبي اقام
سبع سنين ومات وبنا كنايس كثيرة بالاسكندرية
ودواويس كثيرة وفي ذلك العصر احترق ملعب الخيل
العظيم الذي كان بناه بطليموس الملقب بالارنب
بالاسكندرية واحترق فيه ابروطاريوس البطريرك وفي
سبع سنين من ملك زينون صير مليطون بطريركا علي
بيت المقدس وكان يعقوبي اقام ثمان سنين ومات وفي
ستة عشر سنة من ملكه صير ايليا بطريركا علي
بيت المقدس اقام اربعة وعشرين سنة وفي نسخة
اخري يقول اربعة عشر سنة وبنا كنايس وبنا كنيسة
الينه ولم يتمها ونفي الي ايله وكان في ذلك العصر في
بيت المقدس ابا ثاودوسي صاحب دير الذواكس وابا
خاريطن صاحب دير السيق العتيق وابا سابا صاحب
السيق الجديد وفي ست سنين من ملك زينون صير
اوفويميوس بطريركا علي القسطنطينية اقام خمس سنين
ومات وفي احد عشر سنة من ملكه وفي نسخة اخري
يقول في احد وعشرين سنة من ملكه صير افثيميوس
بطريركا علي القسطنطينية اقام عشرة سنين ومات وفي اول

سنة من ملك زينون صير بطرس بطريركا على انطاكية
ويعرف بالقصار وكان يعقوبي اقام ست سنين ونفي وفي
نسخة اخري يقول سنتين ولعنه باهيلقوس بطريرك
رومية وانفاه ولما نفي صير بعده اسطفانس بطريركا على
انطاكية اقام سنة واحدة ومات وصير بعده اسطفانس
اخر بطريركا على انطاكية اقام ستة اشهر ومات وصير
بعده قلنديون بطريركا على انطاكية وكان نسطوري اقام
اربع سنين ومات ثم رجع بطرس القصار بطريرك على
انطاكية اقام ثمان سنين ومات وفي نسخة اخري يقول
ثلاث سنين وصير بعده بلاديوس بطريركا على انطاكية
اقام عشر سنين ومات وذلك في احد عشر سنة من ملك
زينون ملك الروم وفي ثلاثة عشر سنة من ملكه صير
فليقوس بطريرك على رومية اقام ثمان سنين ومات
واما فيروز ابن يزدجرد ملك الفرس فبنا بكسكر مدينتين
احديهما سورين فيروز والاخر رام فيروز ثم
سار بجنوده نحو خراسان ليغزوا الخشنوار فلما سمع
ذلك الخشنوار ملك الهياطلة ببلخ فزع وجمع ثقاته
وشاورهم فقال واحد منهم ان انت اعطيتني عهدا
وضمان اليه نفسي ان تكفيني مونة اهلي وولدي
وتخلفني

primo imperii *Zenonis Antiochiæ* Patriarcha præfectus est *Petrus*, cognomento *Fullo*, *Iacobita* fuit, sex annos sedit, dein relegatus est; (vel secundùm aliud exemplar duos annos) in quem anathema dixit *Basilius* Patriarcha *Romanus*; ipsúmque sede ejecit. Quo pulso *Antiochiæ* Patriarcha, post ipsum constitutus est *Stephanus*; qui cum annum unum sedisset, mortuus est. Ipsi ibidem successit *Stephanus* alter, qui sex menses sedit, dein mortuus est. Post ipsum ibidem Patriarcha constitutus est *Clidion*, qui *Nestorianus* fuit: annos quatuor sedit, dein mortuus est. Tum reversus *Petrus Fullo* Patriarcha *Antiochenus*, octo annos sedit, dein mortuus est (vel secundùm aliud exemplar tres annos) post ipsum ibidem Patriarcha factus est *Paladius*, qui decem annos sedit, dein mortuus est; idque anno imperii *Zenonis* Imperatoris *Rom.* undecimo. Anno decimotertio imperii ejusdem constitutus est *Felix* Patriarcha *Romanus*, qui annos octo sedit, dein mortuus est. Porrò *Phiruz Yazdejerdi* f. *Persarum* Rex duas in *Cescar* urbes condidit, quarum una *Duris Firuz*, altera *Ram Firuz*; deinde copias suas *Chorasanum* versùs eduxit ad invadendum *Chashnawar*: quod cùm *Chashnawar Hiyatelæ* Rex *Belchi* audisset, metu perculsus convocatis suorum maximè fidis consilium ab ipsis petiit. Quorum ergò unus ipsum

ita

ita affatus est Si pactum mecum firmum inieris, cui tutò confidere possim, te familiæ & liberorum meorum alendorum curam gesturum, meáque vice ipsis futurum, ostendam tibi rem quâ Deus *Phiruzum* in potestaté tuam rediget. Cúmq; hoc Rex ipsi pactus esset, colligatis inquit mihi manibus & pedibus, (at in alio exéplari *Abscissis*, quod sine dubio rectius est) me in via *Phiruzo* objicias, ita ego te ab ipsius incursu immunem præstabo. Quod cùm illi fecisset sublatus est, atque in locum quem jusserat projectus, redeuntibus [qui illum eo deduxerant] Vbi ergò *Phiruz* illac transiret ipsúmq; quid ipsi evenisset rogaret, Ego (inquit) è proceribus sui *Hitalensium*, qui cùm accessus tui fama ad nos pervenisset à Rege *Chashnawar* inter reliquos ipsius comites sententiam rogatus, palam dixi non posse ipsum *Phiruzo* pro insigni ipsius fortitudinem obsistere, quare satiùs (inquam) tibi est ut ipsum tributo & pretio quo te redimas aggrediaris. Ille ergò irâ in me accensus, ità me uti vides tractari jussit, Illum (inquiens) quem tantopere laudas adeas: accercitísque è militibus suis quibusdam, Profecti (inquit) hunc ad *Phiruzum* deferte. Misericordiam ergò & clementiam tuam mihi extendens me tecum abduci jubeas ne à feris hoc in deserto dilanier. Egò enim vobis tibi

وتخلفني فيهم بالكفاية للملك علي امر يمكنك
الحيلة به من فيروز فضمن له الملك ذلك
فقال له اوثق يدي ورجلي وفي
نسخة اخري اقطع فلا شك انها اصح والقني
علي الطريق التي يمر بها فيروز فاكفيك
مونته ففعل به ذلك وحمل والقي
حيث وصف لهم وانصرفوا عنه فلما مر به
فيروز سأله عن حاله فقال له اني كنت من
عظما الهياطلة فلما بلغنا مسيرك
الينا استشارني خشنوار فيمن
استشار من اصحابه فاعلمته انه لا طاقة له
بفيروز لشدة باسه وان يبعث اليه بالخراج
والفدية احب اليك فاشتد غضبه علي وامر
بي الي ما تري وقال لي من انت حامده
امض اليه وامر بعض جنده وقال
لهم امضوا فاحملوه الي فيروز فلعله تدركني
رحمتك ورافتك وتامر بحملي معك لكيما لا تفترسني
السباع في هذه الفلاة فاني ادلكم علي طريق

اقرب من هذه حتي تدخلوا علي اخشنوار من ملكته
فيسلمكم الله لي جنبه والطريق التي اذلكم عليها
مسيرة يومين وتصلوا الي ما تحبون فلما سمعوا ذلك
وزرا فيروز احضروا ما اراد اخشنوار من الخديعة فقالوا
لفيروز ان هذا الرجل اخشنوار فاشار بقطع يديه
ورجليه وهذا هو منه مكيدة فلو كان اخشنوار فعل
به هذا عن غضب لما اعرضه لنا في هذه الفلاة فلا
تقبل قوله ولعل اخشنوار واصحابه قد اختبوا الي
المكان الذي وصف هذا الرجل وترك فيه من
المقاتلة ما يكفيه فابي فيروز ان يقبل منهم
فمضوا مع ذلك الرجل حيث يمضي بهم
يومين ولم يقطعوا المفازة فسأله فيروز عن ذلك
فقال اني اتيت تقدير المسير وانتم تقطعوها
اليوم فلما مضي يومهم ذلك جعل كلما سألوه
عن منا حتي من مسيرهم يقرب ذلك لهم
وجهوه حتي الا اعلم انه قد هلك كل ما كان معهم
من الزاد والماء ووقعوا في موضع لا يستطيعون الرجوع
فسبقهم عن امره فقال اصحاب فيروز قد كنا
صدقناك ايها الملك فلم تقبل منا فالراي ان
نمضي

viam istâ breviorem indicabo quâ *Achashnawarum* in iis ubi se maximè tutum putat, locis adorimini ut vindictam mihi Deus de ipso sumat. via autem quam vobis ostensurus sum bidui tantum iter est, quo eo quo vultis perveniatis. Hæc ubi audiissent qui *Phiruzo* à consiliis erant, dolum ab *Achshanwaro* structũ percipientes, dixerunt ipsi, Vir iste in consilium vocatus pro scientiæ & prudentiæ suæ modo, consilium dedit, quod ab ipso dolo factum. Quòd si ita illum *Acshanwar* irâ commotus multâsset nequaquam ipsum nobis in hoc deserto objecisset. Ne igitur dictis ipsius credas. Ac forsan *Achshanwar* cum comitatu suo ad istum locum pervenit quem descripsit vir iste, ac ibi quot satis sint, milites reliquit. Noluit autem *Phiruz* ipsis auscultare. Secuti sunt ergo Virum istum quâ ipsos duceret, biduo, necdum desertum transierunt. Qua de re à *Phiruzo* interrogatus, Fefellit me (inquit) viæ spatium, hodie autem ipsum pertransibitis. Cumque præteriisset & dies iste, quotiescunq; ipsum quantum sibi viæ reliquum esset interrogarent, pro brevi admodum ac facili venditare, donec ubi penitus defecisse videret quicquid apud ipsos esset viatici & aquæ, atque in locum pervenisse ipsos unde redire nequirent, verum ipsis fateretur. Tum *Phiruzi* comites, verum (inquiunt) ô Rex

tibi diximus, at aurem nobis præbere noluisti, Iam autem consilium est ut rectà pergamus, forsan aquam reperturi sumus. Profecti sunt ergò dextrorsum ac sinistrorsum sparsim aquam quæsitum, maximáque ipsorum pars siti periit, haud evadentibus unà cum *Phiruzo* exceptis paucis aliquot è comitum fortissimis, qui ipsum comitati sunt, donec ab hostibus propè abessent, quos eadem nocte, eóq; quo erant statu aggressi, superârunt. Tum *Achshanwarum*, rogavit *Phiruz* ut ipsi & comitibus qui supererant suis gratiam faciens ipsos in patriam suam dimitteret, séque cum ipso fœdus initurum haud unquam se posthac dum viveret ipsum bello aggressurum, constituto inter ipsos, & regnum suum termino quem nunquam esset transiturus. Cui cùm annuisset *Achshanwar*, scripto hoc ipsi confirmavit *Phiruz* adscitis testibus, juramentóque se obstringens nullam se illi fraudem facturum, atque ita in regnum suum reversus est. Vbi postquam ad tempus aliquod substitisset, in memoriam ipsi subiit quid sibi ab *Achshanwaro* dudum evenisset. Cujus cúm illum puderet, metuit tamen cùm ipsi dolosè agere. Impulit ergò ipsũ hoc ut eum rursus bello aggrederetur. Dixerunt autem ipsi Consiliarii ipsius, Fœdus cum ipso iniisti, metuimus ne malè tibi

fraus

نمضي امامنا لعلنا نجد ماء فمضوا علي ذلك
متفرقين يمينا وشمالا يلتمسون الماء
فمات اكثرهم من شدة العطش ولم
تخلص مع فيروز الا عدة يسيرة من اقويا
اصحابه وانهم انطلقوا معه حتي اشرفوا علي اعدايهم
فوافقوهم تلك الليلة علي تلك من حالهم
واستمكنوا منهم ثم رغبت فيروز الي اخشنوار بان
يمن عليه وعلي من بقي من اصحابه ان
يخلي سبيلهم الي بلادهم وعلي ان يجعل
له عهدا انه لا يغزوه فيما يستقبل من عمره وعلي
ان يحد فيما بينه وبين مملكته حدا لا
يتخطاه فرضي اخشنوار بذلك فكتب له فيروز
بذلك كتابا واشهد علي نفسه وحلف له انه
لا يغدر به وانصرف الي ملكه فمكث فيروز
برهة من دهره ثم ذكر ما سلف من اخشنوار
اليه فانف منه وخاف ان يغدر به فحمله
ذلك الي ان اعاد لغزوه فقالوا له وزراه انك
قد عاهدته ونحن نتخوف عاقبة الغدر والبغي منك

فقال

فقال لهم فيروز اني انما شرطت له اني لا اجوز الحجر ولذا احمل الحجر معي علي العجل امامنا لا اخلفه خلفنا . فقالوا له ان العهد لا يحمل علي ما فسرت ولكن علي ما ظهر فلم يقبل منهم . فمضا فيروز الي غزاة اخشنوار . فلما بلغ ذلك اخشنوار لشتد تعجبه ولم يشك بغدره فكتب الي فيروز يذكره ما كان من عهده ويسله الانصراف عنه فلم يقبل منه ومضا حتي اتي الهياطلة وكان اخشنوار قد حفر خندقا فيما بين بلاده وبين بلاد فيروز فامر فيروز فبنيت عليه قناطر حتي جاز ووضع علي القناطر رايات لتكون علامات له اذا انصرف فلما تصافقوا للحرب ارسل اخشنوار الي فيروز يسله ان يبرز مسنه فيما بين صفهم ليكلمه فخرج اليه فقال له اخشنوار اني فيما اظن انه لم يدعوك الي مقامك هذا الا الانفة مما كان من انصرافك علي الحال التي انصرفت عليها ولعمري لان كنا احتملنا عليك بما رايت لقد كنت التمست منا اعظم من ذلك بنقض العهد علي نفسك اعظم اذننا

مما

fraus & injuria succedant. Respondit, illis *Phiruz*, Pactus sum cum ipso me lapidem [designatum] haud transiturum. Lapidem ergò plaustro impositum coram nobis feram, neque à tergò unquam relinquam. At illi, Fœdus (inquiunt) non prout tu interpretatus es, sed juxta manifestum [verborum sensum] intelligendum est. *Phiruz* autem, spreto ipsorum consilio, ad bellum *Achshanwaro* inferendum profectus est. Quo audito magnopere miratus *Achshanwar*, nec dubitans fraude usurum *Phiruz*, scriptis ad ipsum literis, pactum secum initum illi in memoriam revocavit, rogans ut reverteretur; at ille nequaquam hæc moratus perrexit donec *Hiyatela* perveniret: cúmque vallum inter suam & *Phiruzi* ditionem effoderat *Achshanwar*, super illo pontes extrui jussit *Phiruz*, quibus transiret: impositis etiam pontibus vexillis quæ redeunti in signa essent Cùm ergò jã in procinctu essent exercitus mittens ad *Phiruzũ* *Ashanwar*, rogavit ut ad ipsũ medio inter exercitus spatio ad colloquiũ prodiret. Qui cùm prodiisset, dixit illi *Achshanwar*, Credo equidẽ ego non aliud te ad locũ istum evocâsse, quam pudorem ob reditum tuum eo quo reversus es modo. Ac per vitam meam si nos tibi hoc modo fraudem fecissemus, majus aliquid à nobis petiisses. Fœderis

deris autem à te pacti violatio res est cujus magis pudere debet, quàm ejus quod tibi contigit. Hoc ergò animo perpende, atque hæc duo inter se confer ut videas, utrum majori opprobrio cedat, sive ut dicatur, Quidam aliquid aggressus illi perficiendo non fuit, hostis autē ipsius ipso iísque qui cum ipso erant superior factus gratiam ipsis præstans illos inito pacto dimisit; sive [ut dicatur] Fœdus ac Pactum violavit, & pro bono malum rependit. Nôrunt autem comites tui te ipsos ad iniquum aliquid præstandum adigere. Quibus adde nec te victoriæ certum esse, sed ejusmodi rem sperare, quæ & de te speretur. Quod si viceris nec bona erit fama tua, nec quod feceris laude dignum; Quod si victus fueris, & teipsum & exercitus tuos infames reddis. Penes ergò arbitrium tuum res est, ego te admonui; neque me ad hæc quæ audis dicenda movet imbecillitas, cujus vel ex mea, vel ex copiarum mearum parte conscius sum; verùm ut fortiori apud te utar argumento. nec incolumitati quicquam quod penes me est præfero. Respondit *Phiruz*, Non sum ego is quem minæ præ metu ab iis quæ cupit avertant. Quod si videretur mihi illi quod aggredior, fraus inesse, non alius illud magis indignè quàm ipse à me ego, ferret. Ego autem haud aliis tecum conditionibus fœdus

مما ذالك فتفكر في ذلك وميز بين هذين الامرين
وانظر ايهما اشد عارا ان يقال امر طلبت امرا فلم
يتم له وتمكن منه عدوه ومن معه فمن عليهم
واطلقهم على شرط او امر يقال نقض العهد
والميثاق وكافا بالاحسان اساءة واصحابك
عارفون بانك قد حملتهم على غير الحق ومع
انك لست على ثقة من الظفر وانما تلتمس امرا
يلتمس منك مثله فانك ان ظفرت وغير حسن سماعك
ولا يحمدون فعالك وان ظفر بك كنت قد شابيت
نفسك وجنودك فدونك فقد نصحت لك وليس
يدعوني الى ما تسمع من مقالتي ضعف اختشاه من
نفسي ولا من جنودي ولكني احببت ان
ازداد بذلك حجة عليك ولا اوثر على السلامة ما وجدت
اليه سبيلا قال فيروز اني لست ممن يردعه
التهديد عن الامور التي يرومها الترهيب فلو كنت
اري ما اطلب غدرا مني لما كان احد
اشد انفا مني على نفسي ولم اجعل لك العهد
الا على ما اضمرت في صدري فلا يغرنك منا
الحال التي صادفتنا عليها في المرة الاولى

من القلة والضعف واعلم اني غير تاركك
حتي ابلغ منك مثلما بلغته مني قال اخشنوار
لا يغرنك ما تخدع به نفسك من حملك
الحجر امامك فان العهود والشروط انما
توضع علي العلانية وليس علي
الضمير واشر الحالات نقض العهود والشروط
فلم يقبل منه وانصرف يومهم ذلك فقال
فيروز لاصحابه لقد كان اخشنوار حسن
المحاورة وما رايت للفرس الذي كان
تحته نظيرا في الدواب وانه لم يحرك قوايمه
ولم يرفع حوافره عن موضعهما ولا صهل ولا احدث
شي يقطع به الحديث في طول ما تواقفنا
وقال اخشنوار لاصحابه وافقت فيروز علي
ما رايت ورايتم وعليه السلاح كله ولم
يتحرك علي فرسه ولم ينزع رجله من
ركابه ولا حنا ظهره ولا التفت يمينا ولا شمالا
ولقد تحركت انا مرارا وتمطيت علي فرسي والتفت الي
خلفي ومددت بصري فيما امامي وهو منتصب

dus percussi quàm quas ipse in pectore celavi. Ne ergò te decipiat illa quam primò de nobis concepisti, paucitatis & impotentiæ opinio: verùm scias me haudquaquam te derelicturum donec illud de te obtineam quod tu de me obtinueras. Dixit *Achshanwar*, Ne te decipiat, illud quo te ipsum fallis, dum coram te lapidem gestandum cures: Pacta siquidem & fœdera, secundùm verborum sonum ineuntur, non secundùm illud quod occultum retinetur: rerúmq; omnium turpissimum est fœderum & pactorum violatio. Ille verò ipsi auscultare noluit. Statim ergò reversi sunt. Dixit autem *Phiruz* comitibus suis, Erat *Achshanwar* congressu egregius; nunquam autem vidi equo, cui insidebat, inter jumenta similem. Pedes enim haud omnino movit, neque ungulas loco sustulit, neque hinnivit, neq; excidit ipsi aliquid quod colloquiũ interũperet toto quo simul fuimus tempore. *Achshanwar* verò suis, Conveni, prout mihi vobísq; visum est, *Phiruzum* integrè armatum; nunquam autem se in equo suo movit, nec unquam pedem de stapede subduxit, neque tergum inflexit, nec se dextrorsum vel sinistrorsum convertit. Ego interim sæpius femori innixus sum equo insistens, ac subinde respexi, dein in ea quæ ante posita erant oculos conjeci, ipso fixo ac quieto manente.

Id autem voluerunt *Phiruz* [&] *Achshanwar* his narrandis, ut sermones isti per exercitus suos spargerentur, quò iis occupati homines haud inquirerent in ea quæ mutuo collocuti fuerant. Mane ergò jam facto syngrapham quam ipsi scripserat *Phiruz* productam hastæ imposuit *Achshanwar*, quò ab exercitu conspiceretur, ac victoriâ in *Phiruzum* potitus est; qui cùm in fugam conversus à loco signorum, quæ ad pontes quâ eundum erat ipsi fixerat, aberrans, ad fossam se recepit, ubi comites ipsius alii in alios irruerunt. Cepit ergò *Achshanwar* quicquid *Phiruzo* fuit una cum ipsius liberis, opésque ejus exercitûs Ducibus distribuit, iisque qui *Phiruzum* comitati sunt, Quare (inquit) non dedistis *Phiruzo* consilium eúmque admonuistis? Illi verò, Fecimus (inquiunt) at nobis auscultare noluit. Præerat autem *Sejestano* vir quidam ex *Azdashiri* amicis, nomine *Suchran*, è *Persiæ* proceribus, apud quem erant & è Ducibus ipsius amicis, nonnulli. Hic delatâ ad ipsum eorum quæ *Phiruzo* acciderant famâ, statim unà cum comitibus suis *Hiyatelam* versùs profectus ad se *Phiruzi* copias colligit, adeo ut ad magnam potentiam cresceret. Cùm ergò propè jam ab *Achshanwari* castris abesset, misit qui ipsi dicerent, Non ideò veni ego ut te bello lacessam, verùm eum in finem ut illud quod de

Phiruzi

ساكتين وانما اراد فيروز واخشنوار بما وصفنا من ذلك
ان ينتشر هذان الحديثان في عسكريهما فيشتغلوا
بهذا عن النظر فيما تذاكروا فلما اصبحوا اخرج
اخشنوار الصحيفة التي كتبها فيروز له فرفعها
علي رمح لينظروا اليها اهل العسكر فرزق
اخشنوار الظفر علي فيروز وهرب فيروز واخطا
موضع راياته التي نصبها علي القناطر علي
الطريق فالتجا الي الخندق وركب اصحابه
بعضهم بعضا فاخذ اخشنوار كلما كان مع
فيروز واولاده وقسم امواله في روس جنده وقال
اخشنوار لاصحاب فيروز لم لا تشيرون عليه
وتنصحوه فقالوا له قد فعلنا ولم يقبل منا وكان
علي سجستان رجل من اصحاب ازدشير يقال
له سوخران وكان من افاضل اهل فارس
وكان معه عدة من الاساورة اصحابه فلما بلغه
امر فيروز شخص من وقته مع اصحابه نحو الهياطلة
وجمع اليه جنود فيروز فعظم امره وقوي فلما
شارف عسكر اخشنوار ارسل اليه يقول له
اني لم اجي لمحاربتك انما جيت لعرف ما
صار

صار الملك من اموال فيروز وتخلي من
كان عندك من الاسارا فيكون هذا صلحا
بيننا وذلك باسنا عنك فان احببت قبلناه
منك وانصرفنا وان ابيت خفت ان تندم فاجاب
الخشنوار سوخران فيما ساله وخلا اساراهم ورد اموالهم
وارسلهم حتي استقام الامر بينهم وبينه
ثم انصرف سوخران الي المداين فحفظ له اهل فارس
ما كان من طلبه وشكروه عليه ومات فيروز
وكان ملكه سبعة وعشرون سنة
ثم تنازعا ابنا فيروز قباد وبلاش علي الملك فغلب
بلاش قباد ونفاه عنه فذهب قباد الي خراسان
ليسيل خاقان ملك الترك النصرة له علي اخيه
وملك بلاش ولم يزل حسن السيرة وبنا مدينة
وسماها بلاشور وملك اربع سنين ومات وذلك
في عشرة سنين من ملك زينون ملك الروم
ولما صار قباد الي خراسان كان معه زرمهر بن
سوخران فلما تقدموا ابرمهر نزلوا علي رجل من عظمايهم
من الاساورة ولم يطلعوه علي امرهم فقال قباد

لزرمهر

Phiruzi facultatibus in manus tuas pervenit, reddas, & qui apud te sunt captivos dimittas, ut sit hoc inter nos pacis [conditio] nósque à te impetum nostrum avertamus; quod si volueris, illo à te accepto revertemur; sin nolueris, vereor ne te pœniteat. Annuens ergò *Achshanwar Suchrano* in eo quod petiit, captivos eorum dimisit, spoliáque reddita remisit, adeo ut inter ipsum atque illos componerentur res. Tum reversus est *Suchran* ad *AlMadyen*, observantibus *Persis* quicquid petiit, ipsíque ideo gratias agentibus. Mortuus est ergò *Phiruz* cùm regnâsset annos viginti septem. Contenderúntque inter se de regno filii ipsius *Kobad* & *Balabes*, donec *Balabes* victum *Kobadum* eo abdicaret, qui *Chorasanum* ergò petiit auxilium à *Chakano Turcarum* Imperatore contra fratrem suum petitum. Regnavítque *Balabes* bene se in omnibus gerens, conditáque urbe ipsam *Balasur* appellavit; at cùm quatuor annos regnâsset fato functus est. Ídque anno Imperii *Zenonis Romanorum* Imperatoris decimo. Cùm autem proficisceretur *Kobad Chorasanum* ipsum comitatus est *Zormabar Suchrani* filius; eò igitur cùm pervenissent diversati sunt apud quendam è Ducibus ipsorum primoribus, quem negotium suum celarunt. Dixit autem *Zormabaro Kobad*, Quære

re mihi aliquam melioris ſortis mulierem. Fœminæ enim deſiderio teneor, metuo autem ne ignobilem aliquam ſi incidam quæ pepererit nobis in ignominiam cedet. Fuit ergò domus in qua diverſati ſunt Domino filia virgo, cujus matrem adieas *Zormahar* ipſum ut & patrem allocutus eſt, quibus cum placeret illud quod ab ipſis periit, ipſi annuerunt. Pernoctavit ergò poſtea fœmina iſta cum *Kobado*, atque ex eo gravida facta eſt. Quoties autem ad ipſam accedere vellet juſſit eam retectam eſſe. Interrogante autem matre ipſius de ſtatu *Kobadi*, cùm illi indicaret vidiſſe ſe femoralia ipſius holoſerica auro intertexta, cognovit mater ipſum è familia regia eſſe, ac lætata eſt. Accedens autem *Kobad* ad *Chacbanum*, Ego (inquit) filius ſum Regis *Perſarum*, at poſt obitum patris adverſatus mihi frater regnum occupavit: ac pollicitas illo ſe opem ipſi laturum, regnúmque recuperaturum, quatuor annis apud illum ſubſtitit, quibus ipſum diſtulit. Poſtea exercitu forti ab illo inſtructus profectus *Kobad* donec *Abrahaſabrum* perveniret, ac eodem loco [quo antea] diverſatus de muliere iſta ſciſcitatus eſt, quæ ad illum acceſſit una cum filio quem pepererat jam trienni ipſum manu tenens. Rogantéque *Kobado*, Quisnam eſt hic puer? Tuus (inquit) filius eſt. Certior

ergo

زرمهر النمس لي امراة ذات حسب فاني قد تقت الي
النسا وانا اخاف ان اهجم علي امراة من السفلة
فان هي ولدت كان ذلك عارا علينا وكان لها
منزلها جب بنت بكر فاتا زرمهر امها وكلمها وكلم
اباها فحسن اليهما ما سالها فاجا بها الي ذلك
فباتت الامراة عند ذلك عند قباذ وحملت منه
فلما اراد ان يشخص امر لها بصلة وكانت
امها سالتها عن حال قباذ فاعلمتها انها رات
سراويله من ديباج منسوج بالذهب فعرفت
امها انه من اهل بيت الملك فاستبشرت
وسار قباذ الي خاقان وقال له اني ابن
ملك فارس وضادني اخي بعد موت ابي فغلبني
علي الملك فوعده انه ينصره ويأخذ له الملك
فمكث عنده اربع سنين يماطله وبعد
ذلك ضم اليه جيشا قويا وخرج قباذ
حتي انتهي الي ابرشهر فنزل ذلك المنزل وسال عن
الامراة فجات اليه ومعها غلام تحمله
ابن ثلاث سنين وهي تمسك بيده فقال
لها قباذ ما هذا الغلام فقالت هو ابنك فاعلمه

زرمهر ابنها حتي صاحب المنزل فسر بذلك وحملها والصبي معه وكان يقال له يابوشخت فلما قدم قباذ الي المداين وجد اخاه قد هلك فظفر بالملك فملك قباذ ابن فيروز علي المملكة ثلثة واربعين سنة وذلك في اربعة عشر سنة من ملك زينون ملك الروم وقلد قباذ تدبير المملكة الي سوخران وابنه زرمهر وبنا فيما بين الاهواز وفارس مدينة يقال لها قباذ خرة وفي الرجان فاسكن بها سبي همدان وبنا من ناحية من ما يلي المداين مدينة حلوان وبنا بارضه بمدينة يقال لها قباذ خرة وبنا مداين كثيرة وقري انشاها وانهارا احتفرها وقناطر اتخذها وجسور عقدها ومات زينون ملك الروم وله في الملك سبعة عشر سنة وذلك في خمس سنين من ملك قباذ ابن فيروز ملك الفرس وملك بعده انسطاس علي الروم سبعة وعشرين سنة وكان يعقوبي مخالف لمقالة الملكية وكان من مدينة تسمي دارا فامر ان تبني جدارها وحصن وفرغ من بنيان الحصن في سنتين ولما مضت عشر سنين من ملكه اصاب الناس جوع شديد في المشرق وجراد كثير

ergò à *Zormabaro* factus esse illam Patris familiæ filiam, lætatus est, ipsámque unà cum filio, cui nomen erat *Babudacht* secum assumsit. Cùm autem *AlMadayen* pervenisset, fratrem suum interiisse reperit, regnóque potitus est. Regnavit ergò *Kobad Phiruzi* filius annos quadraginta tres, ídque anno Imperii *Zenonis Romanorum* Imperatoris decimo quarto. Regnum autem *Suchrano* filióque ipsius *Zormabaro* administrandum commisit, urbémque inter *Ahwaz* & *Persidem* condidit, quã *Kobad Chorab* appellavit, quæ & *AlRajan* est, in qua captivos *Hamdanenses* collocavit. urbem etiam prope *AlMahat*, quæ *Harawan* appellatur, nec non aliam in *Azdshir Chorab*, quæ *Kobad Chorab* audit. multásque præterea urbes vicósque condidit, amnésque effodit, arcusque & pontes extruxit. Obiit autem *Zenon Romanorum* Imperator postquam annos septemdecim imperâsset, ídque anno regni *Kobadis* f. *Phiruzi* Regis *Persarum* quinto, imperante post ipsum *Romanis Anastasio* annos viginti septem. fuit hic *Iacobita*, *Melchitarum* doctrinæ adversus; natus in urbe *Hama*, quam ædificari ac muniri jussit, arce biennii spatio conditâ. Postquam verò decem jam annis imperâsset, contigit hominibus in Oriente fames gravis, magnáque locustarum copia. Porrò

rò *Kobades Perſarum* Rex [urbem] *Amedum* aggreſſus ipſam vaſtavit, miſſóque *Alexandriam* exercitu magno quicquid extra urbem fuit incendit. multáque & gravia prælia, pugnæque frequentes, inter *Kobadis* Regis *Perſarum* & *Anaſtaſii Romanorum* Imperatoris comites acciderunt. Fuit autem *Alexandriæ* præfectus ex parte *Anaſtaſii* Imperatoris *Euſtatius*. Accidit etiam poſt illud in *Alexandriâ* & *Ægypto* fames gravis, adeo ut inediâ morerentur homines, deſolatæque eſſent *Alexandria* & *Ægyptus* præ peſte & morte quæ homines invaſit. Erat autem *Alexandriæ Iudæus* quidam opulentus nomine *Vrbib* (qui poſtea *Chriſtianiſmum* amplexus eſt) qui pauperibus mortuis involucra præſtitit. Idem die Paſchatis Dominico magnas diſtribuit Eleemoſynas in Eccleſiâ *Arcadii* [quo tempore] turbâ compreſſi mortui ſunt viri trecenti. Porrò anno Imperii *Anaſtaſii Romanorum* imperatoris ſexto conſtitutus eſt *Iohannes* Monachus Patriarcha *Alexandrinus*, qui *Iacobita* fuit. ſedit annos novem, dein mortuus eſt. Anno imperii ejuſdem decimoquinto factus eſt *Iohannes* alter Patriarcha *Alexandrinus*, qui etiam *Iacobita* & cùm annos undecim ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem viceſimo ſexto factus eſt *Dioſcorus* Patriarcha *Alexandrinus*, *Iacobita* etiam,

qui

كثير . وغزا قباد ملك الفرس امد فاخربها وبعث
بجيش عظيم الي الاسكندرية فاحرقوا ما كان
خارج من الاسكندرية ووقعت حروب شديدة وقتلي
كثيرة بين اصحاب قباد ملك الفرس وبين اصحاب
انسطاس ملك الروم وكان اسم الوالي بالاسكندرية
اسطات من قبل انسطاس الملك ووقع بالاسكندرية
ومصر بعد ذلك مجاعة شديدة حتي هلك الناس من
الجوع وخربت الاسكندرية ومصر مما نال الناس
من الوبا والموت وكان بالاسكندرية رجل يهودي
كثير المال يقال له اورينين تنصر بعد ذلك وكان
يكفن الموتي المساكين وفي يوم احد الفصح
يتصدق بصدقة كثيرة في كنيسة ارقاديو ومات
من شدة الزحمة والضغطة ثلثماية رجل وفي ست سنين
من ملك انسطاس ملك الروم صير يوحنا الراهب
بطريركا علي الاسكندرية وكان يعقوبي اقام تسع سنين
ومات وفي خمسة عشر سنة من ملكه صير يوحنا اخر بطريركا
علي الاسكندرية وكان يعقوبي اقام احد عشر سنة
ومات وفي ستة وعشرين سنة من ملكه صير
ديسقورس بطريركا علي الاسكندرية وكان يعقوبي
اقام

اقام سنة واحدة ومات وفي سبعة وعشرين سنة من ملكه
صير تيموثاوس بطريركا على الاسكندرية وكان يعقوبي
اقام سنتين ونفي وفي اربع سنين من ملكه صير
تيموثاوس وفي نسخة اخرى يقول مقدونيوس بطريركا
على القسطنطينية اقام اربع سنين ومات وفي تسع سنين
من ملكه صير تيموثاوس بطريركا على القسطنطينية
اقام ست سنين ومات وفي خمسة عشر سنة من ملكه
صير يوحنا من كبادوكية بطريركا على القسطنطينية
اقام تسع سنين ومات وفي اربعة وعشرين سنة من ملكه
صير انثيموس بطريركا على القسطنطينية وكان
يعقوبي اقام خمس سنين ونفي وفي اربع سنين من
ملكه صير بلاجيوس بطريركا على رومية اقام
اربع سنين ومات وفي ثمان سنين من ملكه صير
انسطاس بطريركا على رومية اقام سنة ومات
وفي تسع سنين من ملكه صير سيماخس بطريركا
على رومية اقام اربعة عشر سنة ومات وفي اربع
سنين من ملكه صير فلابيادوس بطريركا على
انطاكية اقام اربعة عشر سنة ونفي وكان
انسطاس الملك قد خالف مقالة الملكية وصار
يعقوبي

qui cum annum unum sedisset mortuus est. Anno ejusdem vicesimo septimo constitutus est *Timotheus* ibidem Patriarcha. hic etiam *Iacobita* fuit, duos annos sedit, dein loco abdicatus est. Anno imperii ipsius quarto constitutus est *Timotheus* (vel secundùm aliud Exemplar *Macedonius*) Patriarcha *Constantinopolitanus*: sex annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem nono constitutus est *Timotheus* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui sex annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem decimoquinto factus est *Iohannes Cappadox* Patriarcha ibidem, qui novem annos sedit dein mortuus est. Anno ejusdem vicesimo quarto factus est *Anthymus* Patriarcha ibidem, qui *Iacobita* fuit, annos quinque sedit dein relegatus est. Anno imperii ipsius quarto constitutus est *Pelagius* Patriarcha *Romanus*, qui quatuor annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem octavo constitutus est *Anastasius* Patriarcha *Romanus*, qui cùm annum sedisset mortuus est. Anno ejusdem nono factus est *Symmachus* ibidem patriarcha qui annos quatuordecim sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem quarto constitutus est *Flavianus* Patriarcha *Antiochenus* qui annos quatuordecim sedit, dein in exilium pulsus est. Fuit autem *Anastasius* Imperator sententiæ *Melchitarum* adversus, utpote *Iacobita*.

Iacobita. Quare scriptis ad ipsum literis *Elias* Patriarcha *Hierosolymitanus* veritatem sententiæ *Melchitarum* ipsi exposuit, & quicunque contrarium ipsis assereret maledictum esse. misítque ad ipsum *Cœnobiorum* præpositos, inter quos erant *Theodosius* præfectus Monasterii *Aldawakesi*, *Charitanus* præfectus *AlSaiki* veteris, & *Saba* præfectus *AlSaiki* novi, qui omnibus (locis) hoc nomine appellatis præerat, & *Suiko* veteri, ei scil. qui *Charitani* erat, cum multis è Monachorum præfectis, inter quos & Sacerdotes. Hæc autem scripsit, *Misi* ad te multos è Dei servis, & Monachorum deserti nostri præfectos, inter quos & *Saba* eximius ille qui desertum nostrum in urbes convertit, ipsúmq; habitari fecit, qui & *Palestinæ* stella est. Cum autem *Constantinopolim* pervenissent Monachi copiam (accedendi) ab *Anastasio* petierunt, qui ipsis introeundi veniam concessit. ad regem ergò ingressi sunt. Fuit autem *Saba* vestibus tritis indutus, quare cùm pone cæteros se contineret, prohibuerunt ipsum ostiarii ab ingressu. Cùm ergò legisset *Anastasius* Imperator *Eliæ* Patriarchæ *Hierosolymitani* Epistolam, Quisnā (inquit *Monachis*) è vobis est *Saba* iste in his literis laudatus? Illi circumspicientes cum haud adesse ipsum viderent, ipsum accersere. Cum autem ad Imperatorem

يعقوبيا فكتب اليه ايليا بطريرك بيت المقدس يعرفه
صحة مقالة الملكية وان من خالفهم فهو ملعون
ووجه اليه برؤسا الديارات منهم ثاودوسيوس صاحب
دير الدواكس وخاريطن صاحب السيق العتيق
وسابا صاحب السيق الجديد الذي
فاق جميع الاسياق ورئيس السيق العتيق
سيق خاريطن وجماعة من رؤسا الرهبان
وفيهم قسان وكتب اليه قد بعثت اليك
بجماعة عبيد الله ورؤسا رهبان بريتنا
وفيهم سابا الفاضل الذي قد صير بريتنا
مداين وعمرها وهو نجم فلسطين
فلما صاروا الرهبان الي القسطنطينية استاذنوا
من انسطاس الملك فاذن لهم
بالدخول فدخل الي الملك وكان سابا
عليه ثياب خلقان فتاخر عنهم فمنعوه الحجاب
فلما قري الملك انسطاس كتاب ايليا
بطريرك بيت المقدس قال للرهبان
من منكم سابا الممدوح في الكتاب فنظروا
فلم يروه معهم فطلبوه فلما دخل الي
الملك

الملك قربه وادناه مجلسه وسأله عن حال
بيت المقدس ومن فيها فاخبره سابا بسلامة
المدينة ومن فيها وعرفه بمقالة الملكية
وصحتها وان من خالفهم فهو ملعون وقال له
نسالك ان لا تنقض الكنيسة لان ما دامت الكنيسة
في سلامة فنحن سالمون ولا تقبل قول المخالفين
فاجابه الملك الى ما سأله ووهب للرهبان
وامرهم بالانصراف الى بيت المقدس وكتب الى ايليا
بطريرك بيت المقدس جواب كتابه وامر سابا بان
يقيم عنده فرجعوا الرهبان الى بيت المقدس وتخلف
سابا وبعد سنة استاذن سابا الملك بالانصراف
فاذن له ودفع اليه الفي دينار وقال له
لتستعين بهذا المال في بنيان الديارات فرجع
سابا الى بيت المقدس وكان بالقسطنطينية
رجل يقال له سويرس وكان يرى راي
نسطورس واوطيخوس وكان يقول بطبيعة
واحدة وقنوم واحد ومشية واحدة فجا الى انسطاس
الملك وقال ان الستماية وثلثون اسقفا الذين كانوا
اجتمعوا في مدينة خلقدونية ولعنوا نسطورس
واوطيخوس

ratorem ingressus esset; ille ad se propiùs accedere jussum, juxtáque se collocatum, interrogavit de *Hierosolymorum*, ibíque degentium statu. Ille ergò ipsi, & urbem & qui eam incolerent bene se habere dixit. *Melchitarum* etiam doctrinam ejúsque veritatem ipsi exposuit; & quicunque contrà sentiret execrabilem esse. Dixit etiam ipsi, Rogamus te Ecclesiam ne turbes; quamdiu enim in pace manet Ecclesia, nos etiam tranquillitate fruimur: ne autem Heterodoxorum sententiam amplectaris. Annuit ergò Rex ipsi in iis quæ petiit, Monachósque collatis in ipsos muneribus *Hierosolyma* reverti jussit, scriptis ad *Eliam* Patriarcham *Hierosolymitanũ* literis quibus ipsius Epistolæ respondit. *Sabam* autem apud se manere jussit, qui ergò, reversis Monachis *Hierosolyma*, ibi substitit, donec post annum abeundi copiam petens, obtineret, traderétq; ipsi Imperator bis mille aureos, Vtere (inquiens) nummis istis ad Monasteria extruenda: *Saba* ergò *Hierosolyma* rediit. Porrò fuit *Constantinopoli* vir quidam nomine *Severus*, qui *Dioscori* & *Eutychii* sententiam amplexus est, unam asserens naturam, personam unam, voluntatem unam. Hic ad *Anastasium* Imperatorem accedens, dixit ipsi Episcopos istos sexcentos & triginta qui in urbe *Chalcedone* convenientes in *Dioscorum* & *Eutychium* anathema

 dixerunt

inserviens, lucernas in ipsa accendendo; nemine interim ipsum Patriarchatu functum esse dignoscente: in locum autem ipsius substitutus est *Gregorius* Patriarcha *Antiochenus*, qui viginti quatuor annos sedit, dein mortuus est. Anno autem Imperii *Iustiniani* vicesimo nono constitutus est *Macarius* secundus Patriarcha *Hierosolymitanus*, qui quatuor annos sedit dein mortuus est. Anno Imperii ejusdem tricesimo tertio constitutus est ibidem Patriarcha *Iohannes*, qui decem annos sedit, dein mortuus est. Anno verò Imperii sui vicesimo octavo certior factus *Eutychium* Patriarcham *Constantinopolitanum* veritati contradicere ac *Iacobitam* factum esse, ipsum in exilium eiecit, cujus in locum suffectus est ibi *Iohannes* ut Patriarchatûs *Constantinopolitani* munere fungeretur, qui septem annos sedit dein mortuus est. Tum *Eutychius* Patriarcha relegatus Imperatorem aggressus est ope Consiliariorum & Ducum, qui ipsum rogârunt ut eum Cathedræ restitueret, siquidem falsum fuisse quod de eo dictum fuerat. Cathedræ ergò ab Imperatore restitutus est; quam cùm quadriennio occupaverat mortuus est. Anno ejusdem tricesimo nono, constitutus est *Iohannes* Patriarcha *Constantinopolitanus*: annos tredecim sedit, dein mortuus est. Obiit autem *Apolinarius*

Patriarcha

كنيسة القيامة وبقي القنديل ولم يطفي بعد
لحين انه كان بطرك وصير بدله غريغوريوس بطريركا
علي انطاكية اقام اربعة وعشرين سنة ومات وفي
تسعة وعشرين سنة من ملك يوسطينيانوس صير
مقاريوس الثاني بطريركا علي بيت المقدس اقام اربع
سنين ومات وفي ثلثة وثلثين سنة من ملكه
صير يوحنا بطريركا علي بيت المقدس اقام عشرة
سنين ومات وفي ثمانية وعشرين سنة من ملكه
بلغه ان اوطيشيوس بطريرك القسطنطينية
قد خالف الحق وصار يعقوبيا فنفاه وصير بدله شحص
بطريركا علي القسطنطينية اقام سبع سنين ومات
ثم ان اوطيشيوس بطريرك القسطنطينية
المنفي تحمل علي الملك بوزرائه وقواده واتهم
فسالوه ان يرده الي الكرسي وان الذي
فعل عنه زور فرده الملك الي الكرسي اقام
اربع سنين ومات وفي تسعة وثلاثين سنة من
ملكه صير يوحنا بطريركا علي القسطنطينية اقام
ثلاثة عشر سنة ومات فاما ابوليناريوس

 بطريرك

بطريرك الاسكندرية اقام بطريرك تسعة عشر سنة ومات
وفي ثلاثة عشر سنة من رياسته كان المجمع الخامس
وصير بعده يوحنا بطريركا علي الاسكندرية وكان منانيا
اقام ثلثة سنين ومات وفي سبعة وثلثين سنة من ملك
يوسطيانوس صير بطرس بطرك علي الاسكندرية وكان
يعقوبيا اقام سنتين ومات وكان يوسطنيانوس الملك
حسن الامانة محبا للخير مبغضا لمقالة اليعقوبية ومتعصبا
لمقالة الملكية ومات يوسطنيانوس الملك وله في الملك
تسعة وثلاثون سنة وملك بعده يوسطينوس الحدث علي
الروم ثلثة عشر سنة وذلك في تسعة وثلثين سنة من ملك
كسري ابن قباذ ملك الفرس وكان يوسطينس الحدث
ايضا حسن الامانة كثير الخير مبغض لمقالة اليعقوبية
والنسطورية ومحب لمقالة الملكية وفي اول سنة من ملكه
صير اثاناسيوس بطريركا علي الاسكندرية وكان مناينا
اقام خمس سنين ومات وفي ستة سنين من ملكه صير
يوحنا القايم بالحق بطريركا علي الاسكندرية اقام احد
عشر سنة ومات وفي ثمان سنين من ملكه صير بناذقطس
بطريركا علي رومية اقام اربع سنين ومات وفي اثني
عشر سنة من ملكه صير بلاجيوس بطريركا علي رومية
اقام

Patriarcha *Alexandrinus* cùm novemdecim annos munere illo functus fuerat, cujus præfecturæ anno decimotertio celebratum est Concilium quintum. Cui in Patriarchatu *Alexandrino* successit *Iohannes*, qui *Manichæus* fuit, annósque tres sedit dein mortuus est. Anno Imperii ejusdem, *Iustiniani* tricesimo septimo constitutus est *Petrus* Patriarcha ibidē, qui *Iacobita* fuit. Annos duos sedit, dein obiit. Fuit autē *Iustinianus* Imperator fide Orthodoxus, boni amans, *Iacobitarum* doctrinæ infestus, sententiæ *Melchitarum* propugnator. Mortuus est postquam Imperium annos triginta novem occupâsset. Post ipsum *Romanis* imperavit *Iustinus* Iunior annos tredecim, idque anno regni *Cesræ* fil. *Kobadis* Regis *Persarum* tricesimo septimo. Fuit etiam *Iustinus* Iunior fide Orthodoxus, bonitate insignis, animo in *Iacobitarum* & *Nestorianorum* doctrinam infenso, in *Melchitarum* verò propenso. Anno Imperii ipsius primo constitutus est *Athanasius* Patriarcha *Alexandrinus* qui *Manichæus* fuit; quinque annos sedit, dein mortuus est. Anno Imperii ejusdem sexto constitutus est ibidem Patriarcha *Iohannes*, Orthodoxus, qui undecim annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem octavo factus est *Benedictus* Patriarcha *Romanus*, qui cùm quatuor annos sedisset, mortuus est. Anno ejusdem duodecimo factus est *Pelagius* Patriarcha *Romanus*, qui sex annos sedit, dein mor-

tuus est. Porrò *Cesra* f. *Kobadis Persarum* Rex, qui *Anusherwan* appellatus est, copias suas versùs *Hiatelitas* duxit, vindictam de ipsis ob avum suum *Phiruzum* sumpturus. Iam verò antehac cum *Chakuno* affinitatem contraxerat. Scriptis ergò ad *Chakanum* literis eúmque adventûs sui certiorem faciens, rogavit ut *Hiatelitas* aggrederetur, antequam ipse eò perveniret. Ad ipsos igitur perveniens Regem ipsorum interfecit, traditâque *Anushervano Belchâ* cum ea *Chorasani* parte quæ & in ipsa & ponè ipsam est: qui in *Phargana* castra ponens filiam *Chakani* Maximi in uxorem duxit. Cùm autem *Chorasano* reversus esset, accedens ad ipsum *Saif* filius *Dyyazar Hamyarita, Yamanensium* Princeps, auxilium ab ipso contra *Æthiopes* petiit; quorum cùm Ducem è suis quendam cum exercitu è *Dilamo* misisset, qui *Yamano* capto ibi substiterunt. Semper autem quocunque exercitus suos mitteret *Anusherwan* prosperitatem & victoriam consecutus est, adeo ut in optimum statum subditorum suorum res redigeret. Cúmque ad vitæ jam terminum pervenisset, rerũ curâ filio suo *Hormozo* legatâ, diem obiit. Fuit autem Regni *Anusherwani* spatium annorum quadraginta septem & sex mensiũ. Regnavit post ipsum filius ipsius *Hormoz* f. *Anusherwani*, annos undecim & sex menses; idque anno Imperii *Iustini Romanorum* Imperatoris duodecimo.

Tum

اقام ستة سنين ومات واما كسري ابن قباذ
ملك الفرس المسمي انوشروان فسار بجنوده نحو
الهياطلة يطلبهم بوتر فيروز جده وقد كان
صاهر خاقان قبل ذلك فكتب كسري ابن
قباذ الي خاقان يعلمه بشخوصه ويعلمه المسير
الي الهياطلة قبل وصوله اليهم فاتاهم فقتل
ملكهم وحلت بلخ وما فيها وما وراها من ارض
خراسان لانوشروان وانزل جنوده بفرغانة
وتزوج بنت خاقان الاكبر فلما انصرف من
خراسان وقدم عليه سيف ابن ذي يزن
الحميري راس اهل اليمن يستنصره علي الحبشة
فبعث معه بقائد من قواده في جند من الديلم
ففتحوا اليمن واقاموا هناك ولم يزل يملح
انوشروان للنصر والظفر حيث ما وجه جنوده
حتي اصلح حال رعيته فلما حضرته الوفاة
عهد الي ابنه هرمز ومات وكان ملك انوشروان
سبعة واربعين سنة وستة اشهر
ثم ملك بعده ابنه هرمز ابن انشروان احد عشر
سنة ومات وذلك في اثني عشر سنة من ملك يوسطينوس
ملك

ملك الروم ثم مات يسطينوس ملك الروم وملك بعده
طيباريوس على الروم اربع سنين وذلك في ثلثة سنين
من ملك هرمز ابن انوشروان ملك الفرس وفي اول سنة
من ملك طيباريوس ملك الروم صير كرياكوس
بطريركا على القسطنطينية اقام ستة عشر سنة ومات
وفي سنتين من ملكه صيرادوس بطريركا على بيت
المقدس اقام ثمان سنين ومات ومات طيباريوس ملك
الروم وملك بعده موريق على الروم عشرين سنة
وذلك في سبع سنين من ملك هرمز ابن انوشروان
ملك الفرس وكان في عصر موريق ملك الروم راهب
يقال له مارون يقول ان سيدنا المسيح
طبيعتين ومشية واحدة وفعل واحد وقنوم واحد وافسد
مقالة الناس واكثر من تبعه على مقالته تلاميذه
القايلين به اهل مدينة حماه وقنسرين والعواصم
وجماعة من اهل الروم فسموا التابعين له
والقايلين بمقالته المارونية مشتق من اسم
مارون فلما مات مارون بنوا اهل حماه دير بحماه
وسموه ديرمارون وداذ ابن بن مارون وفي السنة
الخامسة من ملك موريق كان رجفة عظيمة
شديدة

Tum mortuo *Iustino* Iuniore *Romanorum* Imperatore, post ipsum *Romanis* imperavit *Tiberius* annos quatuor, ídque anno regni *Hormozi* filii *Anusherwani Persarum* Regis tertio: Anno Imperii *Tiberii Romanorum* Imperatoris primo constitutus est *Cyriakus* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui annos sedecim sedit dein mortuus est. Anno Imperii ejusdem secundo factus est *Anus* Patriarcha *Hierosolymitanus*, qui cùm octo annos sedisset, mortuus est. Porrò obiit *Tiberius Romanorum* Imperator, imperavítque post ipsum *Mauricius Romanis* annos viginti, ídq; anno Regni *Hormozi* f. *Anusherwani* Regis *Persarum* septimo. Fuit tempore *Mauricii* Imperatoris *Romanorum* Monachus quidam nomine *Marun*, qui asseruit Domino nostro *Christo* duas esse naturas & voluntatem unam, operationem & personam unam, fidémque hominum corrupit. Maxima autem eorum, qui doctrinâ ipsius amplexi, & se discipulos illi præbentes eandem professi sunt, pars erant incolæ urbis *Hamah* & *Kennesrin* & *Awasem*, cum *Romanorum* nonnullis; appellatíque sunt ipsius assec læ, qui idem cum ipso assererent, *Maronitæ*, nomine ab ipsius nomine *Marone* deducto. Mortuóq; ipso incolæ [urbis] *Hamah* monasterium ibi extructum *Der Marvin* [Monasterium *Maronis*] appellârunt, ejúsque fidem professi sunt. Anno Imperii *Mauricii* quinto, contigit *Antiochiæ* terræ

terræ motus ingens quo diruta est maxima urbis pars, pereuntibus incolis. Anno ejusdem decimo nono fuit etiam terræmotus gravis in regione *Romanorum* & *Syria Damascena* circiter horam diei tertiam, quo corruerunt in *Syriæ* & *Romanorum* ditione urbes multæ, perieruntq; homines non pauci. Anno Imperii ejusdem septimo constitutus est *Isaacus* Patriarcha *Hierosolymitanus*, qui octo annos sedit, dein mortuus est. Eodem anno mortuus est *Gregorius* Patriarcha *Antiochenus*. Profecti ergò *Antiocheni Hierosolyma* virum petierunt quem sibi Patriarcham præficerent. Dixit igitur ipsis *Isaacus* Patriarcha *Hierosolymitanus*, Commendo vobis *Senem* istum Candelapten qui *Ecclesiæ Resurrectionis* inservit. Quem ergò probantes cùm accepissent, ut ipsum *Antiochiam* deducerent, dixit ipse illis, Méne cognoscitis? Respondentibus illis, Non: Dixit, Sum ego *Anastasius* qui Patriarcha vester fui, at cùm me stupri accusaretis à vobis fugâ me subtrahens ex eo tempore *Ecclesiæ Resurrectionis* servus fui: Vestes autem meas loco tali in *Antiochia* sepelivi. *Antiochiam* ergò ab ipsis deductus, duxit ipsos ad locum in quo vestes suas sepelierat, quibus extractis ipsum cathedræ restituerunt, cúmque novem annos ipsis præfuisset, diem obiit. Anno autem Imperii *Mauricij* decimo septimo constitutus est *Anastasius* alter Patriarcha *Antiochenus* qui sex annos

شديدة بانطاكية فاهدم اكثر انطاكية وهلك
سكانها وفي تسعة عشر سنة من ملكه كانت ايضا رجفة
شديدة بارض الروم والشام علي ثلث ساعات من النهار
وانهدمت مدن كثيرة بارض الشام والروم ومات خلق
كثير من الرجفة وفي سبع سنين من ملك موريق ملك
الروم صيّر ايساكيس بطريركا علي بيت المقدس اقام ثمان
سنين ومات وفي تلك السنة مات غريغوريوس بطريرك
انطاكية فخرج اهل انطاكية الي بيت المقدس يطلبون
رجلا يصيّروه عليهم بطرك فقال لهم ايساكيس بطريرك
بيت المقدس قد رضيت لكم بهذا الشيخ القندلفت الذي
يخدم كنيسة القيامة فرضوا به واخذوه ليصيّروه الي
انطاكية فقال لهم تعرفوني فقالوا له لا فقال لهم انا
انسطاس الذي كنت عليكم بطريرك فلما رميتموني
بالزنا هربت منكم وانا منذ ذلك الوقت اخدم كنيسة
القيامة وكنت دفنت ثيابي في موضع كذا وكذا من
انطاكية فاخذوه معهم الي انطاكية وجاء بهم الي الموضع
الذي دفن فيه ثيابه فاخرجها وردوه الي الكرسي فاقام
عليهم بطرك تسع سنين ومات وفي سبعة عشر سنة من
ملك موريق صيّر انسطاس اخر علي انطاكية بطركا اقام

 سنة

سنة سنين ومات فاقام كرسي انطاكية بعد موت انسطاس اثنين وعشرين سنة بلا بطرك وفي خمسة عشر سنة من ملك موريق صير زاخاريا بطريركا علي بيت المقدس اقام سبع سنين الي ان سبي وفي خمس سنين من ملك موريق صير غريغوريوس بطريركا علي رومية اقام ثلثة عشر سنة ومات وفي ثمانية عشر سنة من ملكه صير صابينانوس بطريركا علي رومية اقام سنة ومات وفي تسعة عشر سنة من ملك موريق صير فونيفاتيوس بطريركا علي رومية اقام ست سنين ومات وفي اربعة عشر سنة من ملكه صير توما بطريركا علي القسطنطينية اقام اربعة عشر سنة ومات وفي السنة الثانية من ملكه صير اولوجيوس بطريركا علي الاسكندرية اقام عشرين سنة ومات وفي نسخة اخري يقول سنتين وكان في عصر موريق الملك رجل لص من مدينة افريقية وكان رئيسا علي اللصوص وكان لا يلقا احد الا قتله واخذ سلبه فانقطعت الطريق ولم يكن يتهيا لاحد من الناس يجوز بطريق مدينة افريقية فزعا من ذلك اللص فطلب واجتهد بطريق افريقية بكل حيلة وكل مكر علي انه ياخذ ذلك اللص فلم يقدر عليه فبلغ

annos ſedit, dein mortuus eſt. Poſt ejus mortem abſque Patriarcha manſit Cathedra *Antiochena* annos viginti duos. Anno Imperii ejuſdem *Mauricii* decimoquinto conſtitutus eſt *Zacharia* Patriarcha *Hieroſolymitanus*; qui ſeptem annos ſedit, donec captivus factus eſt. Anno Imperii ejuſdem quinto conſtitutus eſt *Gregorius* Patriarcha *Romanus* qui tredecim annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno ejuſdem decimo octavo factus eſt *Sabinianus* Patriarcha *Romanus*, qui cùm annum unum ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem decimonono conſtitutus eſt *Bonifacius* Patriarcha *Romanus*, qui ſex annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno Imperii ejuſdem decimo quarto conſtitutus eſt *Thomas* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*; qui quatuordecim annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno ejuſdē ſecundo conſtitutus eſt *Eulogius* Patriarcha *Alexandrinus*; qui annos viginti ſedit, dein mortuus eſt: (ſecundùm aliud exemplar, annos duos.) Porrò tempore *Mauricii* Imperatoris Latro quidam fuit in urbe (quâdam) *Africæ*, princeps latronum, qui nemini occurrit quem non & vitâ & bonis ſpoliaret, adeo ut deſerta fuerit via, nemine per eam iter faciente, aut tranſiente, quâ in *Africam* duceret, metu latronis iſtius. Quem licèt omni diligentiâ omníque arte ac cōmento uteretur *Africæ Patricius* quo ipſū prehenderet, capere tamen non potuit. Hoc cùm

 ad

ad *Mauricii* Imperatoris notitiam pervenisset, ipse misso è famulis suis quodam securitatem latroni isti obtulit; quam cùm ille acceptâsset, ad Imperatorem profectus benignè atque honorificè ab ipso tractatus est, & ad dignitatem evectus. Morbo autem, aliquanto pòst tempore, correptus in Nosocomium quod in urbe *Constantinopolitana* fuit, delatus est. Cúmque nocte quadam [in lectum] projectus opprimi se dolore, quem patiebatur, videret, adeo ut certus esset moriendi, ad Dominum suum clementem, & erga servos suos misericordem, recepit, lachrymis & supplicationibus effusis dicens, Rogo te, Domine, sicut *Petri* lachrymis acceptis ipsi propitius fuisti, utque *Hezekiæ* lachrymas acceptas habuisti, nec non latronis qui tecum unà crucifixus est lachrymas, ita & lachrymas meas respicere velis, iisque peccata mea abstergere, & pro multitudine misericordiæ tuæ preces meas acceptas habere; oculos interim suos sudario quod super facie ipsius fuerat detergens. Cúmq; hoc modo multis horis perstitisset Dominum precibus inclamando & peccata sua confitendo, dein spiritum suum emisit. Fuit autem *Constantinopoli* vir quidam è principibus Medicorum, eximius atque egregius, qui quotidiè ægrotos qui in Nosocomio fuerunt, visitare solebat: Hic inter dormiendum domi suæ in insomnio eâdem horâ quâ mortuus est

فبلغ ذلك موريق الملك فوجه بغلام من بعض غلمانه
فاعطا ذلك اللص الامان فقبل الامان وصار الي
موريق الملك فبره واكرمه وقدمه وبعد ايام مرض
ذلك اللص فصيروه في البيمارستان الذي
بمدينة القسطنطينية فبينما هو مطروح ذات ليلة من
الليالي وقد را نفسه مثقلا لما به من الوجع وايقن
بالموت واقبل الي ربه الرحيم الرووف بعبراته يبكي
ويتضرع ويقول اسالك يا رب كما قبلت
بكا بطرس وغفرت لــه وكما قبلت بكا
حرقتها وكما قبلت اللص الذي صلب معك
فكذلك اقبل دموعي وامح عني خطاياي
بكثرة رحمتك اقبل تضرعي وكان يمسح عينيه
بعمامة كانت علي وجهه فبكا اللص ساعات
كثيرة يدعوا الي ربه ويقر بخطاياه ثم اسلم
روحه وكان بالقسطنطينية رجل من روسا
الاطبا خير فاضل وكان يتعاهد المرضا
الذين في البيمارستان في كل يوم فبينما
ذلك الطبيب نايم في منزله اذ راي في
ما يري النايم في الساعة التي مات فيها
اللص

اللص جماعة سودان فوثبوا من سرير ذلك اللص ومعهم قراطيس كثيرة فيها خطايا ذلك اللص مثبتة ثم انه راى رجلين وجوههما تضي مثل الثلج بياضا ومثل الشمس حسنا ومعهما ميزان فاقبلوا السودان فوضعوا جميع القراطيس في الميزان فارتفعت كفة وثقلت الاخرى فقال احد الرجلين المضيين لصاحبه نحن ما لنا هاهنا شي فقال الاخر اي شي يكون لنا وليس له عشرة ايام منذ انصرف من اللصوصية وجعلا يطلبا في سريره فوجدا العمامة التي كان يمسح بها عينيه فالقوها في الكفة فمالت الكفة الناقصة وارتفعت الاخرى التي كان فيها القراطيس وتبددت كلها فصاحوا وقالوا قد غلبت رحمة الله واخذا النفس وذهبا بها وهرب السودان خازيين محزونين فاستيقظ الطبيب وذهب من ساعته الى اللص فوجده ميتا والعمامة ملقاة على عينيه فاخبروه الذين كانوا قياما الى جانبه اللص بما سمعوا من بكايه ودعايه فاخذ الطبيب العمامة واخبره ودخل على موريق الملك فاراه اياها بما راى في منامه وبما سمع من الذين كانوا قياما

est latro vidit Nigritarum turbam, qui ad latronis lectum accedentes chartas secum haberent quibus inscripta erant ejus peccata; deinde & viros duos quorum vultus splendescebant, candore nivi, pulchritudine soli similes, libram tenentes: accedentésque Nigritas chartas istas omnes in libram conjicere adeo ut lanciū altera, alterâ depressâ, ascenderet; dixisse ergò alterum virorum candidorum socio suo, Non est nobis hîc aliquid? Respondente autem altero; Quid nobis hîc esset, cùm nondum decem dies sint ex quo à latrocinio exercendo conversus sit? cùm lectum perscrutari aggressi essent, ibi sudarium quo oculos suos abstersserat invenisse, quod cùm in lancium alteram misissent, descendisse illam quæ priùs minus habuerat, sublatâ alterâ in qua fuerant chartæ, illásque omnes dispersas fuisse. Exclamantes ergò dixisse, Vicit Dei misericordia; acceptâque animâ secum ipsam abstulisse, fugientibus Nigritis pudore & tristitiâ affectis. Experrectus ergò Medicus statim ad latronem tendens, ipsum mortuum invenit, sudario oculis imposito; narrârúntque illi qui juxta latronem dormirent quos ipsius fletus & supplicationes audierant. Medicus ergò accepto sudario ad *Mauricium* Imperatorem ingressus illud ipsi ostendit, & tum quid in somnio suo viderat, tum quid ab illis qui juxta latronem

dormirent

dormirent audiverat, narravit; dixítque Imperatori, Deo laus qui ope tuâ latronem recepit, ipsíq; condonavit, ut & latronem priorem in cruce admisit: fuit ille primus, hic secundus. Porrò *Hormoz* f. *Anusherwani*, *Persarum* Rex ob ferociam duritiem & tyrannidem infamis fuit, malè homines tractans, eósque in angustias redigens; multis subditorum suorum in carcerem conjectis & de gradu deturbatis. Hoc autem modo dum se gereret, ecce contra eum profectus est *Chakan* cum exercitibus numerosis: quibus obviam misit *Hormoz* virum quendam nomine *Bahramum*, *Bahrami* filium, (qui etiam *Sunir* dictus;) cum duodecim militum millibus. Interfecit ergò *Bahram Sunir Chakanum*, copiásque ipsius spoliandas dedit. At cùm negotium hoc cum *Chakano* expedivisset, in mentem revocans *Hormozi* ferociam & tyrannidem, quásque de Ducibus & exercitibus suis suspiciones malas foveret, timuit ad ipsum redire, ideóque dum adhuc in *Chorasano* esset in ipsum rebellavit, manúmque ab obsequio ipsi præstando subtraxit. Irruentes etiam quæ in *Eraco* erant copiæ in *Hormozum*, ob malum quod viderunt ipsius regimen, ipsum regno abdicârunt; interimere tamen ipsum timentes. Fuit autem *Hormozo* filius cui nomen *Cesra*, qui ab ipso in *Aderbijano* abfuit. Hic audito quid *Patri* suo accidisset unà cum comitibus suis opem

ديماسا الي جانب اللص وقال الطبيب للملك الحمد لله
الذي قبل اللص علي يديك وغفر له كما قبل اللص
الاول علي الصليب فذاك الاول وهذا الثاني فاما هرمز
ابن انشروان ملك الفرس فكان معروفا بالفضاضة
والغلاظة والعنف فساات سيرته في الناس وضيق عليهم
في المعاش وحبس كثيرا من مملكته وحط درجاتهم
فبينما هو كذلك اذ خرج عليه خاقان في
جنود كثيرة فبعث اليهم هرمز رجلا يقال له
بهرام ابن بهرام وهو الذي يقال له شوبين
في اثني عشر الف من المقاتلة فقتل بهرام شوبين
لخاقان واستباح عساكره فلما فرغ بهرام من
امر خاقان ذكر ما عليه هرمز من الغلاظة وعنف
السيرة وهو رايه في قواده وجنوده وخاف ان يرجع
اليه فخالف عليه شوبين وهو بخراسان وخلع
يده من طاعته فوثب من كان بالعراق من
الجنود بهرمز لما راوا سوء تدبيره فعزلوه عن ملكه
غير انهم كانوا يخوفون قتله وكان
لهرمز ابن يقال له كسري غايبا عنه باذربيجان
فلما بلغه خبر ابيه توجه مقبلا مع اصحابه

 لنصرته

لنصرته فلما لم يقووا على ذلك توجه هاربا نحو الروم
مستغيثا بموريق الملك ويسأله ان يبعث معه
عسكرا لنصرته وكان معه ثمانية من اصحابه
وبندوي ونسطام خالاه فلما ساروا تآمروا بينهم في
امرهم فعلم كسرى فقال لهم اعلموني ما قد عزمتم
عليه فقالوا له ليس الراي ان تبرح من هذه
البلاد حتى تقتل هرمز لاننا نكره ان نصير الى
موريق ملك الروم فينطلق هرمز يكتب الى موريق
الملك انا هربنا منه فينالنا منه ما نكره وانصرفوا الى
هرمز فقتلوه ثم رجعوا الى كسرى فمضوا معه
حتى نزلوا في دير في الطريق فنزلوا فيه وباتوا به
فلما اصبحوا دهمتهم خيل كان بهرام شوبهر
قد وجهها اليهم في طلبهم فلما نظروا الى
الخيل ايقنوا بالموت فقال بندوي امضوا قبالتكم
وخلفوني فانا اكفيكم المؤونة وركبوا هم
دوابهم واخذوا في المسير وامر بندوي
بواب الدير غلق الباب فقدمت الخيل حتى احاطت
بالدير فصعد اليهم بندوي وقال
لهم ان كسرى يقول لكم قد صرنا في ايديكم
فان

pem ipsi latum accessit: at cùm illi præstando non esset, fugiens *Romanos* versùs perrexit, auxilium à *Mauricio* Imperatore imploratum, ipsúmque ut eum in finem exercitum secum mitteret rogatum, octo secum suorum habens, unáque avunculos suos *Nabdam* & *Nustamum*; qui dum inter eundum inter se consilium caperent de negotio suo, ídque perciperet *Cesra*; Dicite mihi (inquit,) quid est quod statuitis? Responderunt, Non est sententia nostra ut ex hac regione discedas antequam *Hormozum* interfecerimus. Nolumus enim [aliàs] *Mauricium Roman*: Imperatorem adire, ne si profectus *Hormoz*, ad ipsum scribat nos à se fugisse, nobis quod minimè vellemus accidat. Reversi ergò ad *Hormozum* ipsum interfecerunt, dein ad *Cesram* redeuntes unà cum ipso profecti sunt donec ad Monasteriũ quoddam in viâ pervenientes, ibi diverterent. Mane autem facto supervenerunt ipsis equites quos ad ipsos quærendos miserat *Bahram Sunir*, quibus conspectis moriendum sibi minimè dubitârunt. Dixit igitur illis *Nabda*, Proficiscimini vos, me ponè relicto; Ego vos indemnes præstabo. Conscensis ergò equis illi in itinere perrexerunt, jussítque *Nabda* janitorem Monasterii portam claudere. Accedentes autem equites Monasterium circumdederunt, ad quos ascendens *Nabda*, Dicit vobis (inquit) *Cesra*, Sumus nos in manibus vestris,

 quòd

quòd si placeat vobis nobis permittere ut reliquam hujus diei partem hîc transigamus, facite: illis hoc concedentibus, adveniente nocte rursum ascendens atque ipsis appropinquans, Dicit (inquit) vobis *Cesra*, Magnas vobis gratias ago, quòd si visum vobis fuerit & tenebrarum nocturnarum moram nobis concedere usque ad auroram, tum egressi ad vos unà profecturi sumus: quod etiam concedentibus ipsis, non destitit *Nabda* eodem modo cum illis agere donec sciret *Cesram* ipsiúsq; comites multum in itinere promovisse, & ad terrã aliquam longinquam pertigisse. Tum verò *Bahrami* militibus quomodo cum ipsis res haberet certiores fecit. Qui ergò ipsum vinctum ad *Bahramum* deferentes, quid ipsis contigisset narrârunt. Ipse verò valdè illum miratus in carcere detineri jussit apud generum quendam suum nomine *Bahram Ebn Siachus*; quem pertrahere cœpit *Bahramus* prædictus ad obsequium *Cesræ*, ab amicitiâ verò *Suniri* abstrahere, dicens ipsi, Suaserim ego tibi ut per insidias *Sunirum* è medio tollas, quo pacto magnam apud *Cesram* gratiam initurus es: nec destitit hac de re nuntium post nuntium mittere donec cor ipsius flexisset, adeo ut *Sunirum* interficere conaretur, quod cum percepisset *Sunirus* occidi ipsum jussit. Fugit autem *Nabda* adeo ut ipsum assequi non posset. Cùm verò accessisset

Cesra

فان رايتم ان تقروننا في مكاننا بقية يومنا هذا فافعلوا فاجابوه الي ذلك فلما كان الليل صعد بندي واشرف عليهم وقال لهم ان كسري يقول لكم قد احتمدت الشكر لكم فان رايتم ان تمهلونا سواد ليلتنا هذه الي الصبح ونخرج اليكم ونستقبل المسير فاجابوه الي ذلك فلم يزل بندي يفعل بهم مثل ذلك حتي علم ان كسري ومن معه قد امعنوا وبلغوا ارضا بعيدة عند ذلك اعلم جند بهرام امرهم وبينة لهم فاسروا بندي وساروا به الي بهرام فاقصوا عليه قصتهم فاشتد عجبه منه وامر بحبسه عند صهر له يقال له بهرام ابن سياوحش فاقبل علي بهرام المذكور يرغبه في طاعة كسري ويزهده في صحبة هوبير ويقول له اني اري لك ان تحتال في قتل سوبير فتستحق بذلك منزلة عظيمة عند كسري فلم يزل يصرف باله رهولا بعد رهول حتي استمال قلبه وتحيل لقتل هوبير فاحس سوبير به فامر بقتله فهرب بندي ولم يقدر عليه فلما قدم كسري

كسرى على موريق ملك الروم قبلة احسن قبول
وبعث معه بعسكر عظيم لينصروه فاقبل كسرى
والذي وجه معه موريق من الجند على طريق ارمنية
حتى نزل باذربيجان فصار اليه بهرام هوبين حتى
لقيه باذربيجان فاقتتلا قتالا شديدا وانهزم بهرام
هوبين حتى لحق بالترك فلم يزل كسرى
يحتال في امره حتى قتله هناك وملك كسرى
بن هرمز ويقال له ابرويز ثمنية وثلثين سنة
وذلك في سبع سنين من ملك موريق ملك
الروم فلما استقام لكسرى الملك رد الى موريق
الملك جنده وامر لهم بجوايز وصلات من افضل
ما يامر به مثله لمثلهم فكتب الى موريق الملك
يخطب منه ابنته وكان اسمها مريم
فكتب اليه موريق الملك انه ما يجوز لي ان
ازوجك ابنتي الا ان تتنصر فاجاب كسرى
الى ذلك وتنصر كسرى فلاموه اصحابه
ووزراه وقواده وقالوا له هذا عار علينا وعليك
معا ولم يفعل هذا احد قبلك من ملوك
فارس من ازدشير الى هذا الوقت
فلا

Cesra ad *Mauricium* Imperatorem, ille optimè ipsum excepit, misitque cum ipso exercitum ingentem qui auxilium ipsi ferret. Profectus est ergò *Cesra* unà cum copiis quas cum ipso miserat *Mauricius* per viam *Armeniæ* usque dum in *Aderbijan* castra ponerent, obviam etiam veniente ipsi *Bahramo Sunir* donec ipsi eo in loco occurreret. Vbi prælio inter ipsos gravi commisso, in fugam conversus *Sunir* usque ad *Turcas* perrexit. Non destitit autem *Cesra* per insidias agere donec ibi interficiendum curâsset. Regnum ergò occupavit *Cesra* filius *Hormozi*, qui *Aperviz* cognominatus est, annos triginta novem; ídque anno Imperii *Mauricii*, *Romanorum* Imperatoris, septimo. Stabilito autem jam penès *Cesram* regno, remisit ille *Mauricio* Imperatori copias suas, eas donis & muneribus, è præstantissimis eorum quæ à tali in tales conferri solent, instructas dimitti jubens. Scripsit insuper ad *Mauricium* Imperatorem filiam ipsius, nomine *Mariam*, ab ipso in uxorem petens: cui rescripsit *Mauricius*, Non licet mihi filiam meam tibi in uxorem dare, nisi Religionem *Christianam* amplectaris: cui annuens *Cesra Christianismum* amplexus est, culpantibus ipsum Comitibus, Consili[illegible], cibus suis, & dicentibus, Hoc & nobis à[illegible] in opprobrium cedet; nec ita fecit ante [illegible] è *Persarum* Regibus ab *Azdashiro* hoc [illegible]-

pus

pus: ne autem te ad hæc impellat hujus mulieris ducendæ amor, ut deseras illud quod professi sunt patres tui, cùm præterea nec sit Religio *Christiana* ea quam ut amplectaris probare possumus: cùm *Christiani* fœdifragi sint, nec verbo ipsorum fides adhiberi possit. Ille verò ubi *Christianus* factus est, scriptis literis ad *Mauricium* ipsum ejus rei certiorem fecit, qui ergò filiam suam ad ipsum misit cum auri & argenti copia quæ dici non potest; unáque cum supellectilis & famulorum ac ancillarum comitatu qualem à tali ad talem mitti deceret. *Aperwiz Cesra* autem illos qui patrem suum interfecerant prehendens, ipsos è medio sustulit. Interefecit etiam *Nabdam* & *Nustamum* avunculos suos, tum & subditos suos tyrannicè regere maléque tractare incepit, congessítq; opum plus quàm patrum ipsius quispiam congesserat, sumptibúsque pepercit, depositis nobilibus, ac principibus ad ignominiam redactis. Porrò quod ad *Mauricium Romanorum* Imperatorem, fuit ipsi famulus, quem amavit & ad dignitatem erexit, nomine *Theodorus*, aliquando tamen ipsi iratus graviter percussit, unde in illum iram animo concepit. Fuit eidem [Imperatori] inter Duces ipsius quidam nomine *Phocas*, cui iratus fuit. Dixit ergò *Phocas* puero *Theodoro*, postquã magnam ipsi pecuniæ summam dedisset, Arte aliquâ utaris quâ *Mauricium* interficere possis.

Puer

فلا يحملك حب التزويج لهذه الامراة وتترك ما كان
عليه اباوك مع انه ليس دين النصرانية دين
ترضاه لك وان النصاري لا عهد لهم فلم
يقبل قولهم. فلما تنصر كتب الي موريق
يخبره فبعث اليه موريق ابنته وحمل معها من
الذهب والفضة ما يعجز عنه ان
يوصف ومن الجهاز والغلمان والجواري
ما يشبه ان يحمل مثلها الي مثله
وعمد ابرويز كسري الي من قتل اباه فقتلهم
وقتل بندي وبسطام خاله ثم اقبل علي رعيته
بالعسف وسو السيرة فجمع من الاموال ما لم
يجمع احد من ابايه وامسك عن الانفاق
ووضع الوجوه وذل الروس فاما موريق ملك
الروم فكان له غلام يحبه ويقدمه يقال
له ثاوذورس فوجد عليه فضربه ضربا مولما
وكان موغر الصدر عليه وكان قايد من
قواده يقال له فوكا كان موريق الملك
قد غضب عليه فقال فوكا للغلام ثاوذورس
بعد ان اعطاه مالا احتال ان تقتل موريق

لما كان في قلب الغلام من الغيظ عليه دخل
اليه في الليل فقتله وغلب فوقا علي الملك فملك
فوقا علي الروم ثمان سنين وذلك في خمسة
عشر سنة من ملك كسري ملك الفرس فشد
فوقا الملك علي اولاد موريق فقتلهم واخذت
حاضنتهم واحدا من اولاد موريق فخبته واعطت
ابنها بدله فقتل فلما شب الغلام ترهب بطور سينا
وملما فلما سمع كسري ابن هرمز ان موريق
الملك قد قتل وجميع اولاده جمع هو واصحابه وقال
لهم لا بد لي من ان اطلب دم حموي
واخذ بثاره وحملته زوجته مريم ابنة
موريق علي ذلك فقالوا له وزراه قد كنا
قلنا لك ان ليس للنصاري عهد ولا دين
ولا ذمة فلم تقبل منا ولو كان لهم عهد ودين
لم يقتلوا ملكهم ولكن هذا الملك علي فعل
يفعله بهم فيلوي به قلوبهم ويهد ركنهم ويبطل
عليهم دينهم وذلك ان لهم بيت يعظمونه في بيت
المقدس فتتوجه فتخربه فمتي ما
اخربت ذلك ضعفت شوكتهم وذل ملكهم
فوجه

Puer ergò, præ ira quam in ipsum corde retinuerat, noctu ingressus ipsum interfecit. Imperium autem occupavit *Phocas.* Imperavit ergò *Phocas Romanis* octo annos; ídque anno Regni *Cesra Persarum* Regis decimoquinto. In *Mauritii* etiam liberos cùm manus injiciens *Phocas* eos trucidaret, nutrix ipsorum unum eorum prehensum abscondens, filium ejus vice occidendum tradidit. Puer iste cùm adolevisset, Monachus factus in monte *Sina*, mortuus est. At *Cosra, Hermozi* filius, audito *Mauritium* cum omnibus ipsius filiis interfectum esse, convocatis comitibus suis dixit ipsis, Necesse mihi est ut sanguinem soceri mei requiram, ipsúmque ulciscar, (instigante ad hoc ipsum conjuge ipsius *Mariâ, Mauricii* filiâ;) Cui responderunt Consiliarii ipsius, Nos certè tibi diximus *Christianis* nec pactum esse, nec fidem, nec fœdus; tu verò nobis aurem præbere noluisti: Quòd si ulla ipsis fœderis cura vel fides fuisset, Regem suum non occidissent. Iam verò Regi illud indicabimus, quod si fecerit corda ipsis inflectet, fundamentum concutiat, & religionem ipsorum ad nihilum rediget; quod hoc est, ut cùm sit ipsis domus *Hierosolymis* quam magni faciunt, mittens ipsam diruas, utpote quâ dirutâ infirmabuntur ipsorum vires, & in contemptum redigetur Im-

perium. Misit ergò è Ducibus suis quendam nomine *Chorawazaibum Hierosolyma*, qui ipsa vastaret: alium etiam in *Ægyptum* & *Alexandriam* qui *Romanos* ibi conquisitos interficeret. Ipse *Cesra Constantinopolim* profectus eam quatuordecim annis obsidet. Iam verò *Chorawazaibus Damascum* profectus ipsam vastavit ac incolarum bona diripuit: Deinde cùm *Hierosolyma* tenderet congregati sunt ad ipsum *Iudæi* (quotquot in *Tiberiade*, monte *Galilææ*, *Nasarethâ*, partibúsque adjacentibus erant) ac *Hierosolyma* profecti *Persis* in templis diruendis *Christianisque* trucidandis opem tulerunt. *Hierosolyma* igitur ubi pervenisset, primò omnium Ecclesiam *Gesmaniticam* diruit, nec non Ecclesiam *Eleniæ*, quarum utraque in hunc usque diem desolata manet. Diruit etiam Ecclesias *Coustantini*, *Cranii*, & *Sepulchri*; in *Cranium* & *Sepulchrum* injecto igne: maximam etiam urbis partem diruit, *Iudæis* unà cum *Persis Christianos* innumeros occidentibus: sunt illi occisi qui *Hierosolymis* jacent in loco *Mamela* appellato. *Persæ* autem postquam incendissent, vastâssent, & occidissent, reversi *Zachariam* Patriarcham *Hierosolymitanum* unà cum aliis multis captivum abduxerunt. Lignum etiam Crucis, quod loco illo reliquerat *Helena* Imperatrix, abstulerunt; (fuit autem pali Crucis pars,) quod & unà cum

captivis

فوجه بقايدٍ من قواده يقال له خروزيه الي بيت
المقدس ليخربه ووجه بقايد اخر الي مصر والاسكندرية
في طلب الروم وقتلهم وخرج كسري بنفسه الي
القسطنطينية فحاصرها اربعة عشر سنة فاما خروزيه
فصار الي الشام فاخربه ونهب اهله وصار الي
بيت المقدس فاجتمع اليه اليهود من طبرية وجبل
الجليل والناصرة وما حوله وجاوو الي بيت
المقدس وكانوا يعينون الفرس علي خراب الكنايس
وقتل النصاري فلما صار الي بيت المقدس اول
ما نزل خرب كنيسة الجسمانية وكنيسة الهيلنة
وهما خراب الي هذا الوقت وخرب كنيسة
قسطنطين والاقرانيون والمقبرة وضرب المقبرة
والاقرانيون بالنار وخرب اكثر المدينة وقتلوا اليهود
مع الفرس من النصاري ما لا يحصي كثرتهم وهم
القتلي الذين ببيت المقدس في الموضع الذي
يقال له ماملا فانصرفوا الفرس بعد ما احرقوا واخربوا
وقتلوا وسبوا زخريا بطريرك بيت المقدس وجماعة معه
واخذوا عود الصليب الذي كانت هيلانه الملكة خلفته
في الموضع وكان قطعة من خشبة الصليب وحمل مع
السبي

الهبي الى ارض فارس فاستوهبت مريم ابنة موريق
الملك من كسرى عود الصليب وزخريا البطريرك
واقاموا كثيرين ممن سبي واخذتهم عندها في دارها
واقاموا عندها ومات زاخاريا البطريرك في السبي وبعد
ان سبي زاخريا اقام كرسي بيت المقدس بلا بطرك
خمسة عشر سنة وفي اربع سنين من ملك فوقا صير
سرجس بطريركا على القسطنطينية وكان ماروثا
اقام اثنين وعشرين سنة وفي السنة الثانية من ملك
فوكا صير ثاوذورس بطريركا على الاسكندرية
اقام سنتين ومات وفي السنة الرابعة من ملك
فوقا صير يوحنا الرحوم بطريركا على الاسكندرية
اقام عشر سنين ومات وانما سمي الرحوم لانه ذكر انه
من اهل قبرس وانه راي فيما يرى النايم وهو ابن
خمسة عشر سنة امراة شابة جميلة كالشمس وهي واقفة
قال فنخستني في جنبي فانتبهت ونظرت اليها فقلت
لها من انتي وكيف اجتريتي على الدخول علي في
هذه الساعة وكان على راسها اكليل من زيتون
فقالت لي انا بنت الملك فلو صيرتني لك صديقة ان خلتك
على الملك لان ليس لاحد عنده ذالك الذي عندي
وذلك

captivis deportatum est, in *Persiam*. Dono igitur dari sibi à *Cesra* petens *Maria*, *Mauritii* filia, lignum Crucis & *Zachariam* Patriarcham, multósq; ex iis qui captivi abducti sunt, ipsos ad se domum suam recepit, ubi manserunt. Mortuúsque est *Zacharia* Patriarcha in captivitate. Postquam autem captivus abductus est *Zacharias*, Cathedra *Hierosolymitana* absque Patriarcha mansit annos quindecim. Porrò anno Imperii *Phocæ* quarto factus est *Sergius* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui *Maronita* fuit. Sedit annos viginti duos. Anno Imperii ejusdem constitutus est *Theodorus* patriarcha *Alexandrinus*; qui cùm duos annos sedisset, mortuus est. Anno Imperii ejusdem quarto constitutus est *Iohannes Misericors* Patriarcha *Alexandrinus*; annos decem sedit, dein mortuus est. Cognominatus est autem *Misericors* ideo quòd (ut narratur) cùm genere *Cypriota* esset, viderit in insomnio, annos tum natus quindecim, mulierem quæ pulchritudine solem referret, adstantem; Quæ (inquit) latus mihi pupugit, quam cùm expergefactus intuerer, dixi, Tu, quænam es? & quomodo ausa es ad me hoc tempore accedere? fuit autem ipsi in capite corona oleagina; Dixitque, Sum ego Regis filia, Quòd si me tibi amicam feceris ad Regem te introducam; neque enim quisquam ad ipsum viam æquè monstrare potest ac ego; ideo

ideo ſcil. quia ego ipſum in terram traxi; Per me enim veniens incarnatus eſt, ac homines liberavit. Tum à me diſceſſit. Ego verò; Re verâ (inquam) eſt hæc Miſericordia. Statímque ſurgens Eccleſiam petii; quò dum tenderem, ecce in via occurrit mihi peregrinus quidam nudus: fuit autem frigus vehemens, tempúſque hybernum; quare amiculum quo indutus eram exuens ipſi dedi; tum mecum animo dixi, Iam ſciam utrùm verum fuerit hoc quod vidi viſum, an à Diabolo fuerit. Nondum autem ad Eccleſiam pertigeram cùm aſſecutus me quidam, cui veſtes candore niveo erant, mihi centum aureos traderet (in alio exemplari dicitur, mille) dicens, His aureis acceptis quomodo tibi libuerit, utere. Cúmque converſus eſſem ut eos ipſi redderem, neminem vidi. Dixi ergò, Revera non eſt hoc falſum. *Iohannes* autem *Miſericors* quodcunque poſſedit in Eleemoſynam erogare ſolitus eſt, adeo ut veſtes quibus indutus erat, exuens pauperibus diſtribueret, imò & aliquando veſtes ſacras in quibus ſacra celebraret, præ ſumma quâ erat miſericordiâ ipſis daret; appellatúſque eſt *Iohannes Miſericors*. Porrò anno Imperii *Phocæ* ſexto conſtitutus eſt *Theodorus* Patriarcha *Romanus*; qui tres annos ſedit, dein mortuus eſt. Cùm autem vaſtâſſent *Perſæ* Eccleſias *Hieroſolymitanas*, iiſque

igne

وذلك انني جلبته الي الارض لانه بي اتي وتجهز
وخلص الناس ثم غابت عني فقلت حقا هذه في
الرحمة فقمت من ساعتي اريد الكنيسة وفيما
انا امشي في الطريق ان لقيني انسان غريب عريان
وكان البرد شديدا وكان شتا فنزعت ملحفة كانت علي
ودفعتها اليه ثم قلت في نفسي بهذا الان اعرف المنظر
الذي رايته ان كان حقا ام من الشيطان فلم ابلغ
لحقني من الكنيسة حتي انسان لباسه ابيض كالثلج
فدفع الي مائة دينار وفي نسخة اخري يقول
الف دينار وقال لي خذ هذه الدنانير ودبرها كيف
شيت ثم التفت لاردها عليه فلم اري احدا فقلت
حقا ليس هذا باطلا وكان يوحنا الرحوم
يتصدق بكلما يملك حتي كان ينزع ثيابه
الذي عليه ويتصدق بها حتي انه مرة تصدق
بثياب القدس الذي يقدس فيها من شدة
رحمته للمساكين فسمي يوحنا الرحوم وفي
ست سنين من ملك فوكا صيرثاودورس بطرك
علي رومية اقام ثلثة سنين ومات ولما خربوا
الفرس الكنايس ببيت المقدس واحرقوها بالنار
وانصرفوا

وانصرفوا كان في دير الدواكس وهو دير ملر
داون وهنوش راهب يقال له مودسطس كان رييس
الدير فلما انصرفوا الفرس مضا الي الرملة وطبرية وصور
ودمشق يسيل النصاري ان يعطونه مالا ويعينونه
حتي يبني الكنايس ببيت المقدس التي اخربتها
الفرس فاعطوه وجمع اموالا كثيرة ورجع الي بيت المقدس
فبنا كنيسة القيامة والقبرة والاقرانيون ومار قسطنطين
وهو هذا البنا القايم اليوم فلما سمع يوحنا الرحوم بطريرك
الاسكندرية ان مودسطس يبني الكنايس التي اخربوها
الفرس وجه اليه الف دابة والف تليس حنطة والف
تليس قطانة والف جرة سمك والف جرة شراب والف رطل
حديد والف فاعل واما خروزية فلما خرب بيت المقدس
صار الي مصر والاسكندرية فلما سمع يوحنا الرحوم ان الفرس
قد وافوا الي الاسكندرية هرب من الفزع مع البطريق
الذي كان والي الاسكندرية واسمه نيقيطا الي قبرص
فلما وصلا الي قبرص ساله نيقيطا ان يصير معه الي
القسطنطينية الي فوكا الملك يسلم عليه فيدعي له
بالخلاص مما هو فيه من حصار الفرس فلما ساروا
في البحر راي يوحنا الرحوم فيما يري النايم
كان

igne succensis rediissent, Monachus quidam, qui in Monasterio *Duwakesi* (quod idem est Monasterium *Theodosii*) fuit, nomine *Modestus*, ejusdémque præfectus, reversis illis, *Ramlam*, *Tiberiadem*, *Tyrum*, & *Damascum* profectus *Christianos* ut aliquid donantes opem ipsi ferrent quo Ecclesias *Hierosolymitanas* quas diruerant *Persæ* instauraret, rogavit: quibus donantibus magnáque opum vi collectâ *Hierosolyma* reversus, Ecclesias *Resurrectionis*, *Sepulchri*, *Cranii* & *Sancti Constantini* extruxit, eâ quæ jam extat fabricâ. Cúmque audiisset *Iohannes Misericors Alexandriæ* Patriarcha *Modestum* Ecclesias à *Persis* dirutas instaurare, misit ipsi jumenta mille, saccos frumẽti mille, leguminum mille, muriæ amphoras mille, vini mille, ferri libras mille, cum Operariis mille. *Charawazaib* autem, ubi *Hierosolyma* vastâsset, *Ægyptum* & *Alexandriam* petiit. *Iohannes* ergò *Misericors* audito *Persas Alexandriam* tendere, præ metu unà cum Patricio, qui *Alexandriæ* præfuit, nomine *Nicetâ*, *Cyprum* fugit. Cúmque *Cyprum* pervenissent, rogavit ipsum *Nicetas* ut unà secum *Constantinopolim* ad *Phocam* Imperatorem profectus ipsum salutaret, rogarétque [Deum] ut obsidione quâ à *Persis* urgebatur ipsum liberaret. Dum autem in mari navigarent, vidit *Iohannes Misericors* in insomnio adstantem sibi

ſervum dicere, Rex cœleſtis tibi propior eſt quàm Rex terreſtris. *Iohannes* ergò experrectus, dixit *Nicetæ*, Redeas mecum in *Cyprum*, Ego enim moriturus ſum. Cúmque reverſi eſſent *Cyprum* diem obiit, poſtquam Cathedram decem annis occupâſſet; ſepultúſque eſt in vico quodam *Cypri* dicto *Aſatanetâ*. Poſt mortem autem *Iohannis Miſericordis* manſit *Alexandria* ſine Patriarcha, annos ſeptem. Vbi verò obſediſſet *Ceſra Conſtantinopolim*, vacua manſit *Syria* exercitu *Romanorum*. Fuerunt autem *Tyri* quatuor *Iudæorum* millia, Hi ad *Iudæos* qui *Hieroſolymis*, *Cypri*, *Damaſci*, & in monte *Galileæ* & *Tiberiade* erant, ſcripſerunt, ut omnes nocte Paſchatis *Chriſtianorum* congregati, *Chriſtianos* qui *Tyri* eſſent occiderent, deinde *Hieroſolyma* profecti omnes qui ibi eſſent è medio tollerent, urbémque occuparent. Hoc autem cùm Patricio qui *Tyri* ſubſtitit, urbíſque illius incolis innotuiſſet, ipſi *Iudæos* qui ibi erant captos, & catenis ferreis vinctos in carcerem conjecerunt, clauſíſque urbis portis machinas bellicas & baliſtas juxta ipſas collocârunt. Cùm ergò adveniſſet nox Paſchatis *Chriſtianorum*, *Iudæi* ex omnibus regionibus, congregati ſunt *Tyrum*, prout ad ipſos ſcripſerant *Iudæi* atque ipſis inter ſe convenerat: fuerúntque numero ultra vicies

ſexies

كان خادم يقول له ان الملك السماوي اقرب اليك
من الملك الارضي فانتبه يوحنا وقال لنيقيطا البطريق
ارجع بنا الي قبرص فانني اموت فرجعوا الي قبرص
وتوفي ولسنة في الكرسي عشر سنين ودفن في قرية
من قري قبرص يقال لها اماتنطا وبعد موت يوحنا
الرحوم بقيت الاسكندرية سبع سنين بلا بطرك ولما
حاصر كسري القسطنطينية خلت ارض الشام من
جند الروم وكان في مدينة صور اربعة الاف يهودي
فكتبوا اليهود الذين هم بصور الي اليهود
الذين هم ببيت المقدس وقبرص واليهود الذين
بدمشق وجبل الجليل وطبرية ان يجتمعوا كلهم
في ليلة فصح النصاري ليقتلوا النصاري
الذين بصور ويصعدون الي بيت المقدس فيقتلون
كل نصراني بها ويغلبوا علي المدينة فبلغ الخبر الي
البطريق المقيم بصور واهل صور فاخذوا اليهود الذين
بصور فقيدوهم بالحديد وسجنوهم واغلقوا ابواب صور
وصيروا عليها المنجنيقات والعرادات فلما كانت ليلة
فصح النصاري اجتمعوا اليهود من كل بلد الي صور
كما كتبوا اليهم اليهود واتفقوا عليها وكانوا زها
عشر :

عشرين الف رجل فحاربوهم حربا شديدا من فوق
الحصن فهدموا اليهود كل كنيسة كانت خارج
حصن صور فلما هدموا كنائسهم ·اخرجوا اهل صور
من اليهود المقيمين عندهم مائة رجل فوقفوهم علي
الحصن ويضربون اعناقهم ويرمون برووسهم الي خارج
فضربوا اعناق الفي رجل ثم وقعت في اليهود صيحة
فانهزموا وخرج اهل صور فتبعوهم وقتلوا منهم
مقتلة عظيمة وهرب من بقي منهم الي بلادهم
منهزمين وكان بمدينة مالونكية غلام يقال له
هرقل مع بعض بطارقة مالونكية فاخذوا البطارقة
مراكبا اوسقوها شعيرا وقمحا وحبوبا ووجهوها مع
هرقل الي القسطنطينية معونة لهم وقوت لما اجهدهم
من الحصار فلما صار هرقل الي القسطنطينية فرحوا
الناس به وتفرجوا بذلك القمح والشعير والحبوب
وكان هرقل غلام شديد الباس حسن التدبير
جيد الراي خبيثا فقال هرقل للوزرا والقواد ان
فوقا الملك ردي السياسة مشوم علي الروم
كلهم لانه منذ ولي الي هذا الوقت ثمان
سنين

ſexies mille viros, quos ſtrenuè ab arcis faſtigio oppugnârunt [*Tyrii.*] Diruerunt autem *Iudæi* omnes Eccleſias quæ extra *Tyri* arcem erant, at quotieſcunque Eccleſiam aliquam diruerent, *Tyri* incolæ è *Iudæis* qui apud ipſos vincti erant centum viris prehenſis & in arcis ſummitate poſitis capita abſciderunt, eáque extra projecerunt; atque hoc modo bis mille viros capite truncârunt. Deinde *Iudæi* orto inter ipſos clamore, in fugam dati ſunt, quos egreſſi *Tyri* incolæ terga dantes inſecuti ſunt, magnámque eorum ſtragem ediderunt; reliqui ad regiones quique ſuas confuſi fugerunt. Porrò in urbe *Salonica* juvenis fuit nomine *Heraclius*, cum quibuſdam urbis illius Patriciis. Patricii autem ſumptas naves hordeóque, tritico, & leguminibus impletas per *Heraclium Conſtantinopolim* miſerunt ipſis in ſubſidium & alimentum, cùm obſidione in anguſtias redacti eſſent. Cùm ergò *Conſtantinopolim* appuliſſet *Heraclius*, gaudio ob ejus adventum affecti ſunt homines, tritico iſto, hordeo & leguminibus ab ipſo allatis recreati. Fuit verò *Heraclius* juvenis fortitudinis eximiæ, prudens, concilii ſagax, nequam; qui ergò Conſiliariis et Ducibus dixit, *Phocas* Imperator regiminis peſſimi eſt, *Romaniſq;* univerſis infauſtus; Nam ex quo Imperio præfectus eſt ad hoc uſque

tempus

tempus octo annorum ſpatio obſidione cincti eſtis, regionéſque *Græcorum*, *Ægypti*, & *Syriæ* peſſimè tractatæ. *Perſæ* enim regiones & terras veſtras univerſas occupârunt; conſilium ergò meum eſt ut interfecto illo alium vobis præficiatis. Quibus annuentibus, adortus *Heraclius Phocam*, ipſum interfecit. Convenientibúſque Conſiliariis & Ducibus, ut è ſtirpe Regia aliquem eligerent quem ſibi præficerent: Non expedit, inquit, *Heraclius*, ut vobis Imperatorem præficiatis niſi qui his præditus ſit dotibus, ſc. ut ſit eximiè temperans, rerum ad Religionem ſpectantium peritus, ſagax, linguæ veracis, ſtrenuus, eloquens, inter gubernandum clemens, inſidiarum hoſtibus ſtruendarum callens. Reſpondentibus illis, Quis nobis talem ſiſtet? Paciſcimi ni inquit, mecum ſi talem vobis indicavero, vos ipſum vobis præfecturos; ac promittentibus illis, ſe id præſtituros adeo ut ipſis fidem adhibere poſſet, Ego, inquit, is ſum. Quare ipſum ſibi præfecerunt. Imperavit ergò *Heraclius Romanis*, ídque anno regni *Ceſræ* filii *Hormozi Aperwizi*, Regis *Perſarum*, viceſimo tertio.

Initium

سنين ادعم في حصار وبلد الروم ومصر والشام
في عذاب لان الفرس قد ملكوا بلادكم
واراضيكم كلها والراي عندي ان تقتلوه
وتملكوا عليكم غيره فاجابوه الي ذلك فوثب هرقل
علي فوكا الملك فقتله فاجتمعوا الوزرا والقواد
ليختاروا من اولاد الملوك واحد يملكوه عليهم
فقال لهم هرقل ما يجب ان تملكوا عليكم الا من
كانت فيه هذه الخصال وهي ان يكون اوفر حظا
في العفة والفقه في الدين والنظر في الامور وصدق
اللهجة وشدة البطش وبلاغة المنطق والرفق في الرياسة
والعلم بمكايدة العدو فقالوا له ومن لنا بذلك فقال
لهم اشرطوا الي ان اذا دللتكم عليه ان تملكوه
عليكم فشرطوا له فلما استوثق منهم قال لهم
انا ذلك الرجل فملكوه عليهم فملك هرقل علي
الروم وذلك في ثلثة وعشرين سنة من ملك
كسري ابن هرمز برويز ملك الفرس

ابتدا الهجرة

وفي اول سنة من ملك هرقل ملك الروم كانت هجرة الذي اتخذوه العرب لهم تاريخا بالمدينة في شهر ربيع الاول فاقام بها مهاجرا عشر سنين وعمل المنبر في سنة ثمان فمن سني ديوكلطيانوس الي الهجرة ثلثماية وثمانية وثلثون سنة ومن مولد المسيح الي الهجرة ستماية واربعة عشر سنة ومن الاسكندر الي الهجرة تسعماية وثلثة وثلاثون سنة ومن سبي بابل الي الهجرة الف وماية وستة وتسعون سنة ومن داود الي الهجرة الف وستماية وثلاثة وسبعين سنة ومن خروج بني اسرائيل من مصر الي الهجرة الفان ومايتان وتسعة وسبعين سنة ومن ابراهيم الي الهجرة الفان وسبعماية وستة وثمانون سنة ومن فالق الي الهجرة ثلاثة الاف وثلثماية وسبعة وعشرون سنة ومن الطوفان الي الهجرة ثلثة الاف وثلثماية وثمانية وخمسون سنة ومن ادم الي الهجرة ستة الف وماية واربعة عشر سنة فلما ملك هرقل القسطنطينية اقام ستة سنين في حصار شديد فلما اجهد اهل القسطنطينية الحصار ومات اكثرهم من الجوع هموا ان يفتحوا مدينة القسطنطينية لكسري فلما علم هرقل خاف ان يفتحوا المدينة ويسلموه الي كسري فوجه هرقل الي كسري

Initium *Hejræ.*

Anno primo Imperii *Heraclii* Romanorum Imperatoris, fuit fuga [*Mohammedis*, quem sibi Prophetam sumpserunt *Arabes*, *Medinam*] mense *Rabiæ* prioris; in qua exul substitit annos decem, quorum anno octavo suggestum extruxit. Iam à *Diocletiano* ad *Hejram* [seu fugam *Mohammedis*] anni sunt trecenti ttiginta octo, à Domino *Christo* ad eandem sexcenti quatuordecim. Ab *Alexandro* ad eandem nongenti triginta tres. A captivitate *Babilonica* ad eandem mille centum nonaginta. A *Davide* ad eandem mille sexcenti septuaginta tres. Ab exitu *Israelitarum* ex *Ægypto* ad eandem bis mille ducenti septuaginta novem. Ab *Abrahamo* ad eandem bis mille septingenti octoginta sex. A *Phalego* ad eandem ter mille trecenti viginti septem. A Diluvio ad eandem ter mille octingenti quinquaginta octo. Ab *Adamo* ad eandem sexies mille centum & quatuordecim. *Heraclius* autem postquam Imperio *Constantinopolitano* præfectus est sex annos obsidionem gravem passus est. In angustias ergò præ obsidione redacti *Constantinopolitani*, cùm maxima ipsorum pars fame periisset, in animo habuerunt urbem *Cesræ* aperire. Quod cùm scivisset *Heraclius*, metueretq; ne urbem apertam *Cesræ*, traderent ipse ad *Cesram* mittens dixit ipsi,

Quodcunque mihi imposueris faciendum, ego ad illud præstandum me tibi obstringam, modò à me discesseris. Cui rescribens *Cesra*, Si vis (inquit) ut à te discedam, afferas mihi in redemptionis pretium pro te, & regione tua mille auri talenta, argenti totidem, puellas virgines mille, equos mille, vestes holosericas mille; atque hoc tibi tributum sit quotannis pendendum; hujus autem anni tributum statim mihi afferas, ídque subitò sine mora, quò à te discedam. Rescripsit *Heraclius*, Regi clementi in eo quod petiit annuo, at non est impræsentiarum penès me totum quod in redemptionis pretium à me petiit; cùm Rex clemens me ab omnibus ditionibus meis cohibuerit. Quòd si Rex clemens mihi in regiones meas potestatem concesserit, ut egressus opes colligam, totum quod à me petiit ipsi afferam postquam sex menses me expectaverit; mihíque securitatem præstiterit quò ditiones meas peragrans opes colligã, sententiæ ipsius obsequenté habebit. Annuit ergò *Cesra* votis ipsius. Tum *Heraclius* convocatis consiliariis ac Ducibus suis, Ego, inquit, *Cesræ* me submisi quò ipsum ac Comites ipsius securos redderem, jam verò in *Persarum* regionem profecturus sum. Confido autem in Domino nostro *Iesu Christo*, ipsum mihi in *Persas* auxilium præbiturum, nósque à *Cesra*

ac

كسري يقول له ان كلما تريد ان تلزمني اياه من
شي فانا الزمه نفسي لك وانصرف عني فكتب اليه
كسري يقول له ان اردت ان انصرف عنك فاحمل الي
الفدية عنك وعن بلادك الف قنطار ذهب والف قنطار
فضة والف جارية بكر والف فرس والف ثوب ديباج وتكون
هذه الفدية جارية عليك في سنة وتحملها الي حتي
انصرف عنك واحمل الي الهامة فدية هذه السنة وعجل
ذلك ولا تؤخره حتي انصرف عنك فكتب اليه هرقل
اني قد اجبت الملك الرحيم الي ما قال وليس عندي
في هذا الوقت تمام الفدية التي سال لان الملك
الرحيم قد مسك يدي عن جمع اموالي فان اطلق
الملك الرحيم يدي في اموالي حتي اخرج اجمع
الاموال وكما قال احمله اليه بعد ان ينظرني
الملك ستة اشهر ويامنني ان ادور البلدان واجمع الاموال
فرايه الموفق فاجابه كسري الي ما طلب ثم ان
هرقل جمع وزراه وقواده وقال لهم اني انما اذعنت
لكسري لاطمنه واطمن اصحابه وانا فخارج الي
ارض فارس وانا واثق بسيدي يسوع المسيح ان
يعطيني النصر علي اهل فارس ويكفينا امر كسري
واصحابه

واصحابه فان انا ابطات عليكم ولم ارجع مدة ستة
اشهر فاحرصوا ان تداروا كسري واطمعوه وماطلوه
تمام المدة فان رجعت اليكم والا فافعلوا ما بدا لكم
وقد استخلفت اخي قسطنطين عليكم فارضوا بما قلت
لكم فرضوا بذلك ودعوا له بالنصر فاختار هرقل من
اقوي قواد جند القسطنطينية وصناديدهم
زها خمسة الف رجل واخذهم معه واخذ مراكبا
فحمل الرجال والخيل فيها وخرج من مدينة
القسطنطينية الي طرابزنده ونزل بها وجمع الجموع
وفرض الفروض واستنصر ملك الخزران واعطاه
مهد وسرير يجلس عليه اذا حضر في مجلس البلاط
واستنصر ملك الابجاز واعطاه تاجا يلبسه اذا حضر
في مجلس البلاط واستنصر ملك الصنارية واعطاه
مهد بسرير يجلس عليه اذا حضر في مجلس البلاط
فسمي من ذلك الوقت ملك الصنارية ملك
السرير وسار علي حالته تلك الي الجبل
واصبهان الي مرو الي مدينة سابور وكان كلما
دخل الي مدينة فرض فيها الفروض وجمع الجموع

وكان

ac Comitum ipsius negotio immunes præstiturum. Quòd si moras trahens ad vos intra sex menses reversus non fuero, blanditiis *Cesram* demulcete, ac spem ei facite, & annum usque integrum ipsum deferte. Tum si ego ad vos rediero [benè;] Sin minùs, quod vobis visum fuerit facite; Fratrem autem meum *Constantinum* vicarum meum apud vos statuo, vósque iis quæ vobis dixi acquiescite. Ipsi ergò, acceptum illud habentes, successum ipsi felicem comprecati sunt. *Heraclius* ergò selectis è ducum exercitùs *Constantinopolitani* fortissimis ac præstantissimis, ultra quinquies mille viros, quos secum assumeret, paratísque navibus quibus tam homines quàm equos veheret *Constantinopoli Trapezuntium* profectus, ibi substitit. Collectísque copiis ac datis mandatis opem à Rege *Chozarorum* petiit, pactus illi solium cui insideret cùm consessui Palatii interesset; nec non à Rege *Al Anjaz*, collato illi diademate quo quoties ad consessum eundē accederet ornaretur; & à Rege *AlSanariæ*, cui & pacto solium côncessit quo in eodem consessu sederet; unde ex eo tempore appellatus est Rex *AlSanariæ*, Rex Solii [Dominus.] Atque ita comparatus profectus est in regionem montanam *Asphahanum* usque & *Mord* & *Saporis* urbem, quamcunque ingrederetur urbem datis mandatis, & collectis copiis.

Ubicun-

Ubicunque autem in via obvium haberet *Persam* aliquem virum, fœminam, vel puerum, colla ipsis præcidit. Urbis verò *Saporis* incolæ visis *Heraclii* copiis, cùm metu magno perterriti essent, se munientes ad portas machinas & ballistas statuerunt: quos aliquot diebus bello lacessivit *Heraclius*, dein pugnâ adortus non antè destitit quàm urbem cepisset, omnibus qui in ipsa fuerant, tam viris quàm fœminis puerísque, internecione deletis, quin & gravidarum uteris dissectis extractos inde embryones saxis illiserunt. Quo conspecto, Ego (inquit *Heraclius*) sum de quo vaticinatus est *David* Propheta ubi Psalmo CXXXVI. dicit, *Beatus qui parvulos tuos accipiens petræ ipsos alliserit.* Deinde igne urbi injecto magnâque captivorum multitudine abductâ, unâ cum pecuniis gemmísque innumeris totam *Persiæ* regionem devastavit. Deinde viâ suâ reversus per regiones *Halwan*, & *Sharuz*, & *AMadayen*, ingressus est *Miyapharekin*, & [trajecto] *Tigri* in *Armeniam* transiit usque ad fluvium *Arsenas*. Secum autem inter captivos habuit filium *Cesræ* nomine *Kobadem* (qui & *Sirawath* appellatus est) natum *Mariâ* filiâ Imperatoris *Mauricii*, cujus causâ gesta sunt hæc bella. Cùm ergò *Miyapharekin* pervenisset accersito *Kobade Cesræ* filio caput ipsi & barbam rasit; deinde traditis ei quas ferret, literis

ad

وكان اذا لقا في طريقه رجلا فارسيا او امراة او صبيا ضرب اعناقهم فلما نظر اهل مدينة هابور الي عساكر هرقل فزعوا فزعا شديدا وتحصنوا ووضعوا علي الابواب المنجنيقات والعرادات فقاتلهم هرقل اياما ثم ناهضهم القتال حتي فتح المدينة فقتل كل من فيها من رجل وامراة وصبي وكانوا يشقون بطون الحبالي ويخرجون منها الاطفال ويضربون بهم الصخرة عند ذلك قال هرقل انا الذي تنبا علي داود النبي اذ يقول في مزمور مائة وستة وثلثين طوبا لمن اخذ اطفالك وضرب بهم الصخرة وضرب المدينة بالنار وصبا سبيا كثيرا وحمل من الاموال والجوهر ما لا احصا له وخرب ارض فارس كلها ثم رجع علي طريقه علي حلوان وشاروز البلدان والمداين ودخل الي ميافارقين والي الدجلة وعبر الي ارمينية والي نهر ارسناس وكان معه في السبي ابن لكسري يقال له قباذ وامها سيرويه وهو ابن مريم بنت موريق الملك الذي جرت هذه الحروب بسببه فلما بلغ هرقل الي ميافارقين دعا قباذ ابن كسري وحلق راسه ولحيته وكان معه كتابا

وبعثه الي ابيه كسري علي حمار باكاف ووجه معه جماعة موكلين ليوصلوه الي ابيه وكتب معه كتابا هذه نسخته ※ من عبد المسيح هرقل المنصور الي كسري المهين الحاير المخذول اما بعد فاني قد جمعت لك من الغنيمة عني وعن بلادي ما استطعت اليه سبيلا وهي روس اهل فارس وانا موافيك بها فشاء ان تقري كتابي هذا من قبل ان تضعه من يدك فوجه من يقتضيها لك والسلام ※ فلما بلغ قباذ الي ابيه كسري ونظر اليه محلوق الراس واللحية راكبا علي حمار باكاف قال له ما وراك قال له قد خرب هرقل كل مدينة بارض فارس وقتل الرجال والنسا والصبيان واما مدينة الملك فاخربها بالنار وقتل كل من كان بها وحمل من الاموال والجوهر ما لا يصفه واصف وهذا كتابه فلما قري كسري كتاب هرقل اشتد حزنه وحزن اصحابه وبكوا بكا كثيرا علي اهاليهم واولادهم فجمع كسري وزراه وقواده وقال لهم ما ترون فان اهالينا

ad patrem ſuum *Ceſram* miſit, aſino clitellis inſtrato impoſitum, unà cum turma, cui in mandatis dederat ipſum ad patrem ſuum deducere. Epiſtolæ autem quam ſcripſit hoc exemplar eſt, A ſervo *Chriſti Heraclio* opem [à Deo] conſecuto ad *Ceſram* contemptibilem, perplexum, ope deſtitutum. His præmiſſis; Collegi ego tibi in redemptionis mei & ditionum mearum pretium quod potui, ſunt autem *Perſarum* capita, quibus [datis] quod tibi promiſi perſolvam. Statim ergò ubi literas meas perlegeris, antequam eas è manu tua depoſueris, mittas qui ea ad te perferant. Vale. Ubi igitur ad patrem ſuum *Ceſram* perveniſſet *Kobades*, eúmque capite & barbâ raſis, aſinóque clitellis inſtrato vectum conſpexiſſet. Quid, inquit, nuntii affers? Cui ille, Vaſtavit, inquit, *Heraclius* omnes *Perſiæ* urbes, viris, fœminis, pueríſque trucidatis, urbem verò Regiam dirutam incendit, omnibus qui in ea fuerunt interfectis, opúmque
haud poterit quis rec
tem ipſius epiſtola
us epiſtolam perlegi
ſunt tum ipſe tum
que familias & lib
runt. *Ceſra* ergò c
Ducibus ſuis, Quid

interfecti sunt conjuges & liberi nostri, & vastata domicilia & habitacula nostra? Responderunt illi Duces & Consiliarii ipsius: Nihil proderit nobis hîc sedere, verùm abeuntes eam inquiramus viam quam tenet *Heraclius* quò ipsi obviam eamus. *Cesra* igitur missâ *Constantinopolis* obsidione profectus est ad *Heraclium* quærendum. Dum autem in via pergeret narratum illi est *Heraclium*, *Tigrim* jam transiisse, ac necessariò ipsi fluvium *Arsanam* vadandum esse. Accelerantes igitur, inquiunt, vada ante ipsum occupemus; quo minùs illi transire liceat. Speramus enim Deum nobis in ipsum victoriam concessurum quò captivos ipsi eripiamus; & omnia quæ secum duxit capiamus; siquidem viros *Persarum* perdidit, fœmináſque communes fecit. Perveniens ergò *Cesra* ad fluvium *Arsanam* ad vadum castrametatus est, *Heraclium* præstolans. Cùm verò *Heraclius* ab *Arsana* fluvio unius tantum diei itinere jam abesset, nuntiatum ipsi est *Cesram* ad vadum sedentem ipsum expectare: ille ergò relicto exercitu suo, quæque secum habuit, impedimentis, assumptísque comitum suorum nonnullis stramen secum & jumentorum fimum accepit, quæ, cùm adverso flumine unius diei itinere ascendisset, in fluvium conjecit. Aqua ergò stramen & fimum secum delata juxta *Cesram*

&

اهاليهنا واولادنا قد قتلوا وخربت ديارنا ومنازلنا
فقالوا له قواده ووزراه ليس جلوسنا هاهنا مما ننتفع
به شي لكن نسير ونسل عن الطريق التي
يسلك فيها هرقل فنقصده فيها فترك كسري
محاصرة القسطنطينية وسار يطلب هرقل فبينما
هو يسير ان قيل له ان هرقل قد اخذ علي طريق
عبر الدجلة ولا بد له من نهر ارسناس يخوضه فليكن
في المسير لتسبقه الي المخاضة حتي لا يتهيا له
ان يجوز وارجوا ان الله يظفرنا به فنخلص
السبي منه وناخذ كلما معه فقد القا رجاله فارس
واستباح حريمهم فلما بلغ كسري الي نهر ارسناس
نزل علي المخاضة ينتظر هرقل فلما قرب هرقل
من نهر ارسناس علي مسيرة يوم بلغه ان كسري
جالسا علي المخاضة منتظرا له فترك عسكره
وما معه من الثقل واخذ بعض اصحابه وحمل معه
تبن وزبل الدواب وصعد مع وجه جري الما مسيرة
يوم ثم القا التبن والزبل في النهر فجر الما بالتبن
والزبل حتي جاز به علي كسري واصحابه فلما
نظر .

نظر كسري واصحابه التبن والزبل في النهر توهموا ان
هرقل قد عبر النهر من فوق من موضع اخر فتركوا
المخاضة وصاروا يطلبوا الموضع الذي عبر منه هرقل
ثم ان هرقل رجع الي اصحابه وقد بلغه ان كسري
واصحابه قد تنحوا عن المخاضة وصعدوا الي
فوق فصار هرقل مع اصحابه حتي عبر النهر وصار حتي
دخل الي طرابزنده ثم ركب المراكب ودخل الي
القسطنطينية فاستقبلوه اهلها بالفرح والتهليل واقاموا
سبعة ايام ياكلون ويشربون ويفرحون واتصل الخبر
بكسري ان هرقل قد رجع الي المخاضة وعبر وانما كان
التبن والزبل الذي القاه في النهر حيلة من هرقل ومكر
فصار كسري حتي وافا مدينته فاصابها خرابا وليس
فيها صبي ولا داعي ولا مجيب فضعف ملك الفرس من
ذلك الوقت وذلك في السنة السابعة من ملك هرقل
وهي السنة السابعة من الهجرة وفي سنتين من ملك
هرقل صير بوساطيوس بطرك علي رومية اقام خمس سنين
ومات وفي تسع سنين من ملك هرقل وهي السنة التاسعة
من الهجرة خرج هرقل من القسطنطينية يريد بيت المقدس
لينظر ما اخربت الفرس فيها فلما وافا حمص لم يقبلوه
اهلها

& ipsius socios transvexit, quibus in fluvio conspectis, illi, *Heraclium* alibi superiùs fluvium trajecisse rati, relicto vado profecti sunt ad locum ubi transiret *Heraclius* quærendum. Deinde *Heraclio* ad suos reverso nuntiatum est *Cesram* ipsiúsque comites relicto vado loca superiora petiisse. Ipse ergò cum sociis suis pergens fluvium trajecit, profectúsque est donec *Trapezuntium* perveniret. Dein conscensis navibus *Constantinopolin* adiit, cujus incolæ ipsi cum gaudio & exultatione occurrerunt, ac septem dies edendo, bibendo, & lætitiæ insumpserunt. Nuntiatum autem est *Cesræ Heraclium* ad vadum reversum trajecisse, stramen autem & fimum in fluvium dolo ac fraude ab ipso injectum fuisse. Ille ergò ad urbem suam profectus ipsam desolatam invenit, ut nec in ea puer esset, nec qui vocaret, nec qui responderet. Atque ex eo tempore infirmari *Persarum* regnum, ídque anno Imperii *Heraclii* septimo, eodémque *Hejræ* septimo. Anno Imperii *Heraclii* secundo constitutus est *Yusatius* [*Bonifacius*] Patriarcha *Romanus*, qui annos quinq; sedit, dein mortuus est. Anno nono Imperii ejusdem, qui & *Hejræ* nonus, *Constantinopoli* egressus *Heraclius Hierosolyma* tendebat, quò videret quid in ipsa devastâssent *Persæ*. Vbi autem *Hemsum* pervenisset noluerunt ejus incolæ ipsum recipere,

recipere, dicentes ipsi, *Maronita* tu es ac religioni nostræ adversus. Illis ergò relictis ad monasterium *Maronis* abiit, in quo qui erant Monachi egressi obviam ipsi profecti sunt. Fuit autem *Heraclius Maronita*, multásque ipsis opes contulit, agris etiam donato monasterio adeo ut prosperè se haberent res eorum. Indè *Damascum* profectus est. Fuit autem *Damasci* vir quidam nomine *Mansur Serjuni* filius, tributis exigendis nomine *Mauricii* Imperatoris præfectus, à quo cùm pecunias peteret *Heraclius* toto annorũ quo obsessi erant *Constantinopoli Romani* spatio [debitas,] atque ille *Damasci* tributum se ad *Cesram* detulisse responderet, graviter in eum inquisivit verberibus & incarceratione, donec ab ipso centies mille aureos extorqueret; dein ipsi præfecturam istam confirmavit: quam ob causam *Mansurus* iram pectore suo in *Heraclium* fovit. Indè profectus *Heraclius Hierosolyma* petiit. Cúmque *Tiberiadem* pervenisset, egressi ad ipsum *Iudæi Tiberiadis* incolæ, nec non regionis *Galilææ* montanæ & *Nazarethi* omniúmque istius partis oppidorum, ipsi cum muneribus occurrerunt, fausta comprecantes, rogantésque ut securitatem ipsis concederet; quam concessit, fœdúsque cum ipsis literis obsignavit. Vbi autem *Hierosolymã* pervenisset obviam ipsi facti sunt [monasterii]

AlSik

اهلها وقالوا له انت ماروني مخالف لديننا
فتركهم وذهب الي دير مارون وخرج اليه الرهبان
الذين في دير مارون فاستقبلوه وكان هرقل
ماروني فاعطاهم مالا كثيرا واعطا للدير
ضياعا وقروا امرهم ثم خرج الي دمشق وكان
بدمشق رجل يقال له منصور ابن سرجون
عاملا علي الخراج من قبل موريق الملك فطالبه
هرقل بمال طول السنين التي كانت الروم محاصرين
في القسطنطينية فذكر انه كان يحمل اموال دمشق
الي كسري فطالبه مطالبه شديده بالضرب
والحبس حتي استخرج منه مايه الف دينار ثم اقره
علي العمل فكان منصور موغر الصدر علي هرقل
ثم ان هرقل سار يريد بيت المقدس فلما بلغ طبريه
خرج اليه اليهود الذين كانوا بطبريه ومن جبل
الجليل والناصرة وكل قرية في تلك الناحيه
واستقبلوا هرقل بالهدايا ودعوا له وسالوه
ان يعطيهم الامان فاعطاهم الامان وكتب لهم بذلك
عهدا فلما بلغ هرقل بيت المقدس فاستقبلوه رهبان

السيف واهل بيت المقدس ومعهم مودسطس بالمجامر
والبخور فلما دخل المدينة ونظر الي ما اخربت
الفرس واحرقوا اغتم غما شديدا ثم نظر الي ما بناه
مودسطس من كنيسة القيامة والاقرانيون
وكنيسة مارقسطنطين فسره ذلك وشكر مودسطس
علي ما فعل وان الرهبان واهل بيت المقدس
قالوا لهرقل ان اليهود الذي حول بيت
المقدس مع جبل الجليل وقت وافوا الفرس كانوا
يعينوهم وانهم هم الذين اتلوا قتل النصاري
اكثر من الفرس واخربوا الكنايس واحرقوها
بالنار واروه القتلي الذين في ماملا واعلموه ما
فعلوه اليهود في مدينة صور من قتل النصاري
وخراب الكنايس فقال لهم هرقل فماذا تريدون
قالوا له تفعل مسرتنا وتقتل كل يهودي حول
بيت المقدس وجبل الجليل لاننا لا نامن ان يجونا
قوم مخالفين لنا فيكون هولاي معينين لهم علينا
ايضا كما اعانوا الفرس علينا فقال لهم هرقل كيف
استحل قتلهم وقد اعطيتهم الامان وكتبت لهم به عهدا

وانتم

AlSik monachi, urbísque *Hierosolymitanæ* incolæ, comitante ipsos *Modesto*, cum thuribulis & suffitu. Cùm verò urbem ingressus ea quæ diruerant ac succenderant *Persæ* vidisset, magnâ affectus est tristitiâ. Dein cùm ea conspexerat *Modestus*, viz. Templum Resurrectionis, *Cranii*, & *Mar Constantini*, rursum, gaudio affectus *Modesto* ob ea quæ fecerat gratias egit. Narrârunt autem ipsi Monachi & *Hierosolymorum* incolæ *Iudæos* qui circa *Hierosolyma* degerent, unà cum iis qui *Galilææ* montana incolerent, quo tempore venerunt *Persæ*, ipsis se adjunxisse, opémque tulisse, ipsósq; *Christianos* cæde magis quàm *Persæ* persecutos, & Ecclesias vastâsse, iísque flammas injecisse, ostensis ipsi cæsis qui in *Mamela* conjecti fuerant. Certiorem etiam ipsum fecerunt eorum quæ *Iudæi Tyri* perpetraverant, quod ad cædem *Christianorum*, & Ecclesiarum demolitionem. Quibus *Heraclius*, Quid ergò, inquit, vultis? Responderunt, Vt gratum nobis faciens omnes qui circa *Hierosolyma* & in monte *Galilææ* sunt *Iudæos* è medio tollas, cùm certi non simus quin adveniente gente aliquâ nobis inimicâ illi rursus contra nos auxilium ipsis ferant, ut jam *Persis* tulerunt. Respondit *Heraclius*, Quomodo interfici ipsos permittam, cùm jam securitatem ipsis concesserim, eóque fine pactum literis consignaverim?

vos autem ſcitis quid fœdifrago debitum ſit. Quod ſi pactum & juramentum violaverim cedet hoc mihi in opprobrium, famámque mihi malam conciliabit; nec certus ſum ſi alii cuipiam præter *Iudæos* pactũ ſcripto confirmaverim, illud ipſum à me accepturum. Si ergò hoc non præſtitero, mendax, fallax, & minimè fide dignus, apud omnes paſſim homines habebor, ultra peccatum magnum & ſcelus cujus reus ero apud Dominum noſtrum *Chriſtum*, cùm populum cui fidem feceram, eámque pacto literis conſignato (confirmaveram, interfecerim.) Cui illi, Novit Dominus *Chriſtus* cædẽ ipſorum tibi peccatorum expiationem conciliaturũ, & iniquitatum tuarum remiſſionẽ; excuſatum etiam te habebunt homines, quòd quo tempore ipſis ſecuritatem conceſſiſti, non noveris, nec perſpectum habueris, quam *Chriſtianorum* ſtragem ediderant, quas Eccleſias diruerant cùm tibi obviam egreſſi muneribus te exceperint; quod dolo ab ipſis factum, & ad culpam quam commiſerant amoliendam. Iam verò cædes eorum, ſacrificium erit à te Deo oblatum: Nos autem peccatum hoc à te [in nos] transferemus, tibíque ipſum expiabimus, rogantes Dominum noſtrum *Ieſum Chriſtum* ne ipſum tibi imputet, ac ſeptimanam quâ ova & caſeus comeduntur, illam [nempe] quæ jejunium magnum præcedit, ſtatuemus jejunium

وانتم تعلمون ما يجب علي من نقض العهد ومتى
نقضت العهد والايمان كان ذلك عار علي
واحدوثة قبيحة عني وان لم امن ان اهل الكتب
لانسان غير العهود عهدا يقبله مني وان لم افعله
كنت كذابا خاينا غير مامون عند الناس كلهم
مع ما يلزمني من الذنب العظيم والخطية عند سيدنا
المسيح من قتل قوم قد امنتهم وكتبت لهم
بذلك عهدا فقالوا له ان سيدنا المسيح يعلم ان
قتلك لهم غفران لذنوبك وتمحيص لخطاياك
والناس يعذرونك لانك في الوقت الذي اعطيتهم
الامان لم تعلم ولم تدر ما فعلوا من قتل
النصارى وخراب الكنايس وانما خرجوا اليك
واستقبلوك بالهدايا مكرا منهم وتغطية لجملة
ما كانوا قد اجترموه فنعمل لك لهم قربان
تقدمه الى الله ونحن نحمل عنك هذا الذنب
ونكفره عنك ونسال سيدنا المسيح الا يواخذك
به ونجعل لك جمعة البيض والجبن التي
قبل الصوم الكبير صوما نصومها

في

في جملة الصوم الكبير نصومها لك ونترك فيها اكل البيض والجبن ما دامت النصرانية لان الملكية كانوا يمتنعون في هذه الجمعة عن اكل اللحم وياكلون فيها البيض والجبن والسمك علي ما يجمعه تبيكن القديس مار سابا فقالوا له نحن نصومها لك ونترك فيها اكل الزهومات كلها ونجعل في هذا قانونا وحرما ولعنا الا يتغير ذلك ابدا ونكتب به الي جميع الافاق غفرانا لما سالناك ان تفعله فاجابهم هرقل الي ذلك وقتل من اليهود حول بيت المقدس وجبل الجليل ما لا يحصي عدده ممن قدر عليه ومنهم من اختفي ومنهم من هرب الي البراري والاودية والجبال والي مصر وصيروا اول جمعة من الصوم التي يتركون فيها الملكية اكل اللحم فقط صوما دائما وكانوا يصومونها لهرقل غفرانا لنقضه العهد وقتله اليهود ويمتنعون فيها عن اكل البيض والجبن والسمك وكتبوا بذلك الي جميع الافاق المناشير واهل مصر القبط الي الان يصومونها الا الشام والروم الملكية فانهم بعد موت هرقل رجعوا ياكلون في هذه الجمعة بيضا وجبنا

وسمكا

nium purum quod jejunio magno accenseatur, quo in tui gratiam jejunemus, ovorum & casei esu omisso quamdiu durabit Religio *Christiana.* *Melchitæ* enim hebdomadâ ista ab esu carnis abstinebant, ova & caseum & pisces in ipsa comedentes, uti è Typico Sancti *Mar Sabæ* liquet. Dixerunt autē illi, Nos eâ tui gratiâ jejunabimus, omnis rei pinguis esum omittentes, atque hoc canone, excommunicatione, & anathemate sanciemus, ne unquam mutetur, de eodem in omnes regiones literas mittentes, ut in propitiationem [cedat] ei quod à te impetravimus. Annuens ergò hac in re ipsis *Heraclius,* è *Iudæis* qui circa *Hierosolyma* & montem *Galilææ* erant, quos prehendere potuit, innumeros occidit: Ex ipsis enim alii latuerunt, alii fugâ se in deserta, montes & valles & *Ægyptum* subduxerunt. Primam ergò jejunii septimanam, in qua *Melchitæ* à carnis tantùm esu abstinent, jejunium absolutum statuerunt, in qua Imperatoris *Heraclii* gratiâ jejunarent, quò remitteretur ipsi fœderis sui violatio & *Iudæorum* cædes, ab ovorum, casei, & piscium esu in eadem abstinentes, eáque de re in omnes regiones literas scripserunt: ac *Ægypti Cophtitæ* in hunc usque diem jejunium illud observant. *Syriæ* verò *Damascenæ* incolæ, & *Græci Melchitæ* post mortem *Heraclii* iterū hebdomadâ istâ ova, caseum, & pisces

pisces comederunt. In eâdem etiam jejunant diebus *Mercurii* & *Veneris* usque ad nonam,, dein ovis, caseo, & piscibus vescentes, secundùm Canonem à Sancto *Nicephoro* Patriarchâ *Constantinopolitano*, Martyre & Confessore, positum; quemadmodum ostensum est in Typico Ecclesiæ, viz. orthodoxos istâ septimana ovis & caseo vesci, etiam diebus *Mercurii* & *Veneris*; nisi quod diebus istis, *Mercurii* scil. & *Veneris*, usque ad nonam jejunent. Qui Canon coarguit eos qui jejunant gratiâ *Heraclii* Imperatoris, è secta *Maronitarum*, à quorum factis malis avertat nos Deus, cùm non non liceat hominis mortalis gratiâ jejunare; eóque magis quòd Imperator iste, cùm hujus mundi vitam deponeret, *Maronita* mortuus sit. Vt autem ad historiam revertamur. *Heraclius* *Modestum* Monachum, Monasterii *AlDucesi* Præfectum, Patriarcham *Hierosolymitanum* constituit, ac se *Damascum* sequi jussit, quò è *Damasci* vectigali ipsi donaret, & de *Palæstinæ* tributo ipsi remitteret, quò omnes Ecclesias *Hierosolymitanas* quas diruerant *Persæ* instauraret. Reversus ergò *Heraclius* ab *Hierosolymis* *Damascum*, ibi substitit, à *Mansuro* nummos exigens. Sedit autem *Modestus* novem menses, dein mortuus est, ac post ejus mortem sex annis sine Patriarcha mansit Cathedra *Hierosolymitana*. Porrò anno Imperii

Heraclii

وسمكا ويصومون ايضا فيهما الاربعا والجمعة الي التاسعة
ثم ياكلون بيضا وجبنا وسمكا حسب القانون
الموضوع من القديس نيكيفور بطريرك القسطنطينية
الشهيد المعترف علي ما برهن ذلك تبيكن الكنيسة
في ان المستقيمين الراي ياكلون في هذه
الجمعة بيضا وجبنا حتي وفي الاربعا والجمعة لكن
في يومين الاربعا والجمعة يصومون الي التاسعة
وهذا القانون يخص الذين يصومون لهرقل الملك
الماروني اعاذنا الله من فعلهم الردي لانه لا يجوز
الصوم لانسان مخلوق وبالافضل لان هذا الملك لما فارق
حياة الدنيا مات مارونيا فلنعود الي التاريخ اما
هرقل فانه صير مودسطس الراهب الذي كان ريس علي
ديرالذوكس بطريركا علي بيت المقدس وامره ان
يلحقه الي دمشق ليعطيه من مال دمشق ويطلق له
من مال فلسطين ليبني الكنايس كلها التي في بيت
المقدس التي اخربتها الفرس ورجع هرقل من بيت المقدس
الي دمشق فاقام بها يطالب منصور بالمال فاقام مودسطس
بطريرك تسعة اشهر ومات. واقام كرسي بيت المقدس
بعد موته ست سنين بلا بطرك وفي السنة الحادية عشر

 من

من ملك هرقل توفي محمد بن عبد الله نبي المسلمين
يوم الاثنين لليلتين خلتا من شهر ربيع الاول لسنة احدى
عشر من الهجرة ودفن في بيته الذي توفي فيه وهو بيت
عايشة وكانت علته ثلثة عشر يوما ومات وله من عمره
ثلثة وستون سنة ولم يخلف ولدا الا فاطمة وماتت بعده
باربعين يوما ويقال بسبعين يوما وذلك في خلافة ابي
بكر واجتمع المسلمون علي بيعة ابي بكر وهو عبد
الله ابن عثمان ابن عامر ابن كعب ابن
سعد ابن تيم ابن مرة وامه سلما ابنة صخر ابن عامر ابن
كعب ابن سعد ابن تيم ابن مرة وكانت البيعة
له في اليوم الذي توفي فيه محمد وكان الغالب
عليه عمر ابن الخطاب وعثمان ابن عفان وذلك
في السنة الحادية عشر من ملك هرقل ملك الروم
وفي هذه السنة صير ابروس بطريركا علي رومية
اقام ثمانية عشر سنة ومات فاما كسري ابن
هرمز لما افضي الي مدينته وراي ما فعل هرقل من
القتل والخراب اغتم غما شديدا غير انه لم ينزع
عن سنة سيرته فثقلت علي الناس ولايته وعيل

صبرهم

Heraclii undecimo diem obiit *Mohammed* fil. *Abdollahi* Propheta *Musleminorum* die Lunæ, qui secundus erat mensis *Rabia* prioris, anno *Hejra* undecimo, sepultúsque est domi suæ in qua mortuus est, domi scil. *Ayeshæ*; dies tredecim morbo suo laboravit. Mortuus autem est annos natus sexaginta tres; liberos præter *Phatemam* nullos reliquit superstites, sed & illa quadraginta post ipsum diebus mortua est, [vel secundùm alios septuaginta,] ídque *Chalifâ Abi Becro*. Convenerunt enim *Moslemini* ad *Abu Becrum* inaugurandum, cui nomen *Abdollah*, *Ebn Amer*, *Ebn Caab*, *Ebn Saad*, *Ebn Tiyem*, *Ebn Morrah*; cujúsque mater *Salma*, filia *Socbri*, *Ebn Amur*, *Ebn Caab*, *Ebn Saad*, *Ebn Tiyem*, *Ebn-Morrah*: fuítque inauguratio ipsius eodem die quo mortuus est *Mohammed*. Cæteris [in juramento ipsi præstando] præeuntibus *Omaro Ebn Chetebi*, & *Othmano Ebn Afani*, ídque anno Imperii *Heraclii Romanorum* Imperatoris undecimo: atque hoc anno constitutus est *Oborudus* [*Honorius*] Patriarcha *Romanus*, qui octodecim annos sedit, dein mortuus est. *Cesra* autem *Hormozi* filius, cùm ad urbem suam pervenisset, & quam ibi cædem fecisset *Heraclius*, quid ruinæ, vidisset magno correptus est dolore, nihil tamen de morum feritate remittens, adeo ut graviter ferrent homines ipsius Imperium, deficiente ipsis patientiâ,

entiâ, ipsúmque infaustum dicerent, utpote quo regnante perierint *Persiæ* incolæ, vastatæque sint ipsorum domus. Ipso ergò post annos triginta octo abdicato, in locum ejus substituerunt filium ipsius *Kobadem*, qui & *Shirawaih* appellatus, filium *Mariæ* filiæ *Mauricii Romanorum* Imperatoris, cujus ab ipsis occisi cædes malorum istorum omnium causa fuit; cùm [*Cesræ*] socer esset, atque ille socerum suum ulcisci cuperet. *Kobades* autem regno præfectus justitiam præ se tulit, & injuriam quâ oppressa fuerat amovit. E filiis autem patris sui, qui ipsi matris suæ causâ adversi erant, octodecim interfecit, fugientibus domesticorum ipsius reliquis. Dixítque, Ego hominibus tributum remissurus sum, adeo ut ad omnes universim pertingant justitia & beneficentia mea. Parum autem fluxit temporis antequam grassaretur in subditos ipsius pestis, quâ plerique eorum è medio sublati sunt, pereunte unà Rege *Shirawaibo*, qui & *Kobades* audiit, nec non patre ipsius *Cesrâ*: spatiũ quo regnavit octimestre erat. Deinde post ipsum regnavit *Azdshir*, *Shirawaibi* filius, quẽ statim adortus Præfectus limitum occidentaliũ ipsũ occidit, cùm quinq; tantũ mensibus regnâsset. Tum regnum occupavit quidam nomine *Jorban*, qui è stirpe regiâ non fuit, & è cujus familia non alius quis ad regnum aspiravit. Idem erat quem miserat

صبرهم فقالوا انه مشؤم لانه قد قتل اهل فارس في
ايامه وخربت ديارهم فخلعوه بعد ثمانية وثلثين سنة
وجعلوا مكانه ابنه قباذ الذي يسمي شيرويه
وهو ابن مريم بنت موريق ملك الروم الذي صارت
هذه البلايا بسبب قتلهم له لانه حمي له واراد اخذ ثار
حموه فلما ملك قباذ ابن كسري اظهر
العدل وكشف ماكانوا عليه من الضر
وقتل من ولد ابيه الذين عادوه من جهة امه
ثمانية عشر انسانا وهرب بقية اهل بيته وقال
اني رافع الخراج عن الناس حتي يغنيهم جميعا
عدلي ومعروفي فلم يلبث قليلا حتي وقع الطاعون
في اهل مملكته فهلك اكثرهم وهلك شيرويه
الملك وهو قباذ وهلك ابوه كسري وكانت مملكته
ثمانية اشهر ثم ملك بعده ازدشير ابن شيرويه فلم
يلبث الي ان وثب عليه صاحب ثغر المغرب فقتله
وكان ملكه خمسة اشهر ثم تعرض للملك
رجل يقال جرجان ولم يكن من اهل بيت المملكة
وهو لم يكن في اهل بيته من طلب الملك غيره وهو

الذي

الذي كان ابرويز هرجه لمحاربة الروم وسماه
شهرباران واحتالت له امراة من اهل بيت المملكة
وهي ارزمندخت فقتلته وكان ملكه اثنين وعشرين
يوما ولم يعد ملكا ثم ملك من بعده رجل
من ولد هرمز بارض الترك فقدم على ما بلغه من
الاختلاف وكان يقال له كسري ابن قبان
ابن هرمز فوثب عليه صاحب ثغر خراسان فقتله
فكان ملكه ثلثة اشهر ولم يعد ملكا ثم
ملكت بعده بورلي بنت كسري وهي اخت
كسري لامه سنة ونصف ولم تستخرج الخراج
وقسمت الاموال بين الجند وقامت بها الملك ونسبت
اليها ثم ملك بعدها رجل يقال له خشنشده
وكان من بني عم كسري وكان ملكه
شهرين وقتل ولم يعد ملكا ثم ملكت بعده
ارزمندخت بنت كسري فلم تلبث الا قليلا حتي
سمت فماتت وكان ملكها سنة واربعة اشهر
وقامت بالملك وعرفت به ثم ملك بعدها رجل
يقال له فرخزاد خسري شهرا وقتل ولم يعد
ملكا فجميع ما ملك شيرويه ومن بعده

من

miserat *Aperwiz* ad bellum *Romanis* inferendum. Illum insidiis ipsi structis mulier quædam è prosapia regiâ, nomine *Arzmandocht*, è medio sustulit, postquam dies viginti duos regnâsset: Regibus autem haud accensetur. Deinde post ipsum regnavit quidam è filiis *Hormozi*, qui in regione *Turcarum* fuit, & audito quænam acciderant differentiæ, accessit; nomen illi fuit *Cesra, Ebn Kobad, Ebn Hormoz*. Ipsum verò adortus qui confiniis *Corasan* præerat, interfecit, cùm tres menses regnâsset, adeo ut nec ipse Regibus annumeratus sit. Tum post eum *Murla, Cesræ* Filia, quæ *Cesræ* soror uterina fuit, sesquiannum regnavit: hæc nullum exegit tributum, nummósque exercitui distribuit: cúmque in regno confirmata fuerit, ipsa ab eo denominata est. Deinde post ipsam regnavit quidam nomine *Hoshnastadah*, qui è patrui *Cesræ* filiis erat, duobus mensibus regnavit, dein interfectus est, nec inter Reges numeratur. Post ipsum regnavit *Arzmandocht, Cesræ* filia, quæ & modico interposito spatio veneno sublata mortua est, cùm regnâsset annum & quatuor menses; & hæc in regno confirmata est, & ab eodem denominata. Post ipsam regnavit quidam nomine *Pharachboradchoshra* mense uno, dein occisus est, neque Regibus annumeratur. Totum autem spatium quo regnavit *Shirawaih*, & qui ipsi successerunt, tam

tam viri quàm fœminæ, tum qui regnâsse perhibentur, tum qui Regum numero haud accensentur, usque ad *Parachoradchoshraum*, unà cum intervallo quod inter duos quoslibet Reges intercessit, quatuor annorum. fuit, ídque totum turbis & motibus plenum. Cùm ergò viderent *Persæ* quò devenissent seditionibus, & prævalentibus ipsis *Romanis*, quæque mala tam religionem ipsorum quàm communem vitam invasissent, conquisito *Cesræ* filio, nomine *Yazdejerdo*, qui à *Shirawaiho*, cùm fratres ejus trucidaret, fugerat, ipsum sibi Regem præfecerunt, annos tum natum quindecim. Erant autem affectus ipsorum diversi, cœtus divisi, & se mutuò bellis lacessentes, uniuscujusq; terræ tractûs, urbis, aut oppidi, per totum regnũ incolis, vicinis suis bellum inferentibus; manserúntq; hoc statu urbes, viz. rebus dissolutis, populo diviso, regno corrupto, hominibúsq; inter se dissentientibus, octo annos: Regno autem præfectus est anno *Chalifatûs AbiBecri* primo: ídque anno Imperii *Heraclii Romanorum* imperatoris undecimo. *AbuBecrus Chalifatum* obtinens *Arabes* deficientes bello oppugnavit donec ad *Islamismum* reverterentur. Dein *Chaledum Ebn VValid* magno instructum exercitu *Eracum* misit, qui cùm in *Mesopotamia* castra posuisset, progressos ad ipsum regionis illius primores in fidem recepit, pacem

من الرجال والنسا ممن ينتهي الي الملك وممن لم يعد ملكا الي فرخزاد خسري مع فصل ما بين ملكين اربع سنين وكان ذلك كله في فتنة وهرج فلما راوا اهل فارس الذي صاروا اليه من الفتنة وغلبة الروم لهم وما دخل عليهم من الفساد في دينهم ومعاشهم طلبوا ابنا لكسري يقال له يزدجرد كان قد هرب من شيرويه حيث قتل اخوته فملكوه عليهم وهو ابن خمسة عشر سنة وكانت اهواهم مختلفة وجماعتهم متفرقة يتحاربون واهل كل ارض مدينة اوقرية من المملكة محاربة للتي تليها فاقام بالمداين علي مثل ذلك من انتشار الامر وتفرق الرعية وفساد المملكة وفساد الناس ثمان سنين وكان ملكه في اول سنة من خلافة ابي بكر وذلك في احد عشر سنة من ملك هرقل ملك الروم فلما ولي ابو بكر الخلافة ارتدت العرب فقاتلهم حتي رجعوا الي الاسلام ثم وجه بخالد ابن الوليد وضم اليه جيشا كبيرا الي العراق فنزل خالد الي الجزيرة فخرج اليه اشرافهم فامنهم وصالحهم

Mmmmm علي

على سبعين الف درهم وكان ذلك اول جزية
كانت بالعراق واول مال قدم على ابي بكر
من العراق ثم كتب ابو بكر الى اليمن والطايف
ومكة وغيرهم من احيا العرب يستمدهم
ليغزوا الروم فقدموا عليه فبعث بعمرو ابن العاص
وشرحبيل ابن حسنة وابا عبيدة ابن الجراح
ويزيد ابن ابي سفيان وضم اليهم الجيوش
وكان الامير عمرو ابن العاص وامرهم ان
يأخذوا الى الشام على طريق ايلة وامرهم ان
لا يقتلوا شيخا كبيرا ولا طفلا صغيرا ولا امراة ولا يقطعوا
شجرة مثمرة ولا يخربوا عامرا ولا يحرقوا نخلا ولا يعرقبوه
ولا يقتلوا شاة ولا بقرة ولا جدي فساروا حتى
نزلوا قرية يقال لها داثون من قرى غزة
مما يلي الحجاز وبلغهم اجتماع جيوش هرقل
بمدينة غزة وهرقل اذ ذاك بدمشق
فكتب عمرو ابن العاص الى ابي
بكر يستمده ويخبره باجتماع جيوش هرقل
فكتب ابو بكر الى خالد بن الوليد بان
يسير بمن معه الى عمرو ابن العاص ليكون له مددا
فسار

pacem cum illis pactus summâ nummorũ septuagies millies, qui primũ erant vectigal quod in *Eraco* solutum est, ac primi nummi qui ex ea Provincia ad *Abubecrum* pervenerunt. Dein scripsit *Abubecrus Yamanum*, *AlTayif*, *Meccam*, aliásque *Arabum* tribus, opem ab ipsis petens ad *Romanos* oppugnandos. Cúmque ad ipsum pervenissent, *Omarum Ebnol Asi*, *Sharjabilum Ebn Hasnah*, *Abaobaidum Ebnol Iarahi*, *Yazidum Abi Sofyan*, copiis instructos misit, Imperatore constituto *Omaro Ebnol Asi*, jussitque in *Syriam* per viam *Ilah* tendere, in mandatis dans ne vel senem ætate provectum, vel infantem minorennem, vel mulierem quampiam occiderent, vel arborem frugiferam præciderent, vel locum cultum vastarent, vel palmam succenderent aut succiderent, vel ovem, bovem, aut hœdum jugularent. Illi ergò profecti sunt donec castra ponerent in pago *Tadun* dicto, quæ è pagis *Gazæ* est, qua *Hejazum* respicit; ubi ad ipsos delatum est nuntium *Heraclii* exercitus in urbe *Gazah* congregatos fuisse. *Heraclius* enim id temporis *Damasci* fuit. Scripsit ergò *Omar Ebnol Asi* ad *Abu Becrum* opem ab ipso petitum, ipsúmque certiorem fecit, in unum conve [illegible] *lii* copias. *Abu Becrus* igitur ad *Chaledu* [illegible] id scripsit, ut ipse cum copiis suis ad *Om* [illegible] *si* proficisceretur, quò subsidio ipsi e [illegible] is

ergò *Chaled Ebn VValid* à *Iazrah* per viam deserti ad *Omarum Ebnol Asi* pervenit. Copiæ autem *Heraclii* se *Gazæ* muniverant. Cùm ergò *Gazam* accessissent misit *Patricius*, exercitui *Heraclii* præfectus, ad *Musleminorum* exercitum, rogans ut ad ipsum Ducem è suis quempiam mitterent quo internuntio uteretur. Dixit igitur *Chalid Omaro Ebnol Asi*, Adeas tu ipsum. Profectus igitur *Omarus* apertâ ipsi *Gazæ* portâ ingressus est, quem *Patricius*, ubi ad ipsum pervenisset, salutauit, dein dixit ipsi, Quid est quod vos in regionem nostram adduxit, & quid tandem vultis? Respondit *Omar Ebnol Asi*, Iussit nos Dominus noster vos oppugnare, nisi vel Religionem nostram amplectamini quò vobis sit quod nobis, & contra vos quod contra nos, sitisque fratres nostri, ut nec liceat nobis vobis damnũ inferre, aut contrarios esse, vel si hoc nolitis, tributum, de quo inter nos & vos convenerit, nobis quotannis in perpetuum quamdiu superstites utrique fuerimus, pendatis; quò oppugnemus vestri causâ omnes qui vos aggressi fuerint, aut vobis adversos se præbuerint in re aliqua quæ vel terras vestras, vel sanguines, vel opes, vel liberos spectet, [malúmque] illud à vobis repellamus, quamdiu confœderati nobis fueritis, idque pacto à nobis confirmatum habueritis. Quod si abnueritis, non est inter nos

&

فصار خالد بن الوليد من الجزيرة علي طريق البرية حتي قدم علي عمرو ابن العاص وكانت جيوش هرقل قد تحصنوا بغزة فلما بلغوا غزة وجه البطريق ريس جيش هرقل الي عسكر المسلمين يسالهم ان يوجهوا اليه بقايد من قوادهم ليكلمهم به فقال خالد لعمرو ابن العاص انت امضي اليه فصار عمرو وفتح له باب غزه ودخل فلما انتهي الي البطريق رحب به وقال له ما الذي جابكم الي بلدنا وما الذي تريدون فقال له عمرو ابن العاص امرنا صاحبنا ان نقاتلكم الي ان تدخلوا في ديننا فيكون لكم ما لنا وعليكم ما علينا وتكونوا اخوتنا ولا نستحل اذاكم ولا التعرض لكم فان انتم ابيتم فتودوا لنا الجزية جزية نرضا بها نحن وانتم في كل عام ابدا ما بقينا وبقيتم ونقاتل عنكم من ناواكم وعرض لكم في شي من اراضيكم ودمايكم واموالكم واولادكم ونقوم بذلك عنكم ان كنتم في ذمتنا وكان لكم به علينا عهد فان ابيتم فليس

فليس بيننا وبينكم الا المحاكمة بالسيف حتي تموتوا عن اخرنا او نصير مادرين منكم فلما سمع البطريق كلام عمر ابن العاص وقلة اكتراثه به قال لاصحابه اتوهم ان هذا امير القوم فامر اصحابه اذا بلغ عمر باب المدينة ليخرج ان يضربوا عنقه وكان مع عمر غلام اسمه وردان وكان يحسن بالرومية لانه رومي فاخبر وردان لعمر ما سمع فقال له احتال في الخروج وان البطريق قال لعمر ابن العاص هل في اصحابك واحد مثلك قال له عمر انا اقل اصحابي لهانا وانما هم رايا وانما انا رسول اليك الملك بما قالوا الي اصحابي وهم عشرة رجال اجل مني وهم يدبروا العسكر وقد ارادوا ان يكونوا في الدخول معي اليك غير انهم وجهوني انا اليك لاسمع كلامك فان احببت اذا اجيك بهم لتسمع كلامهم وتعرف اني صدقتك فعلت قال له البطريق فافعل وفكر البطريق وقال في نفسه ان قتل جماعة احب الي من قتل رجل واحد وارسل الي الذين كانوا

امرهم

& vos aliter quàm gladio res dijudicanda, donec vel omnes ad unum moriamur, aut quod volumus à vobis consequamur. *Patricius* ergò ubi *Omari Ebnol Asi* verba audivisset, & quantillam ipsius rationem haberet, dixit Comitibus suis, Suspicor hunc populi istius Imperatorem esse, ipsísque in mandatis dedit, ut ubi ad portam urbis exiturus perveniret, collum ipsi præciderent. Fuit autem cum *Omaro* puer, nomine *VVardan*, qui linguam *Romaicam* callebat, cùm natione *Græcus* esset. Narrans ergò *Omaro VVardanus* quid audierat, Dolo (inquit) utere quò egrediaris Dicente igitur Patricio *Omaro Ebnol Asi*, Estne inter socios tuos qui tibi par sit aliquis? Respondit *Omar*, Sum ego è comitibus meis linguâ maximè rudis, & consilio minimè pollens; siquidem ipse non alius sum quàm legatus, qui quid illi mihi dixerunt ad te pertulerim: sunt autem decem viri me præstantiores, qui exercitum regunt, ac voluerunt quidem ipsi unà mecum ad te accedere, nisi quòd me miserint, ut quid dicturus sis audiam: quod si tibi visum fuerit ut ipsos adducam, quò eorum verba audias, sciásque me verum tibi dixisse, hoc fecero: cui Patricius, Facias, inquit. Secum enim mente cogitavit dixítque Patricius, Satius est mihi ut plures quàm ut unum interficiam. Misit ergò ad illos quos jusserat interficere

interficere *Omarum*, ne ipsum morte ullóve malo afficerent, sperans accessuros decem ipsius comites quò ipsos è medio tolleret. *Omar* ergò portâ egressus sociis suis quomodo se res haberet, narrans, Ego (inquit) nunquam ad talem revertar. Tum, Deus Maximus est, exclamavit, ac prodeuntibus *Romanis* prælium inter ipsos commissum est, in quo versis in fugam *Romanis* magnam eorum stragem edidit, quorum vestigia insecuti *Moslemini* ipsos *Palæstinâ* & *Ordonno Hierosolyma* & *Cæsaream* fugârunt; in quibus cùm se munivissent homines illos reliquerunt, in partes *Bathniæ* tendentes, eáq; de re literas ad *AbuBecrum* scripserunt: at cùm ad ipsum adveniret nuntius, ipse vitâ excesserat, *Omaro Ebnil Chetabi* successore constituto. *AbuBecrus* siquidem ægrotans testamento *Omarum Ebnil Chetabi* designavit. Scriptum autem erat testamentum manu *Othmani Ebn Affani*. Obiit *Abu Becr* die penultimo mensis *Iomadæ* posterioris, anni *Hejræ* decimi tertii: oravit pro ipso *Omar Ebnol Chetabi*; sepultus est in iisdem ædibus quibus *Mohammed*. Fuit *Chalifatus* ipsius annorum duorum, mensium trium, dierum viginti duorum. Eo quo mortuus est die annorum fuit sexaginta trium. Fuit autem *Abu Becrus* procerus, candidus, candore tamen ad flavedinem vergente, macilentus, mystacibus raris, facie macrâ oculis

امرهم بقتل عمر الا يقتلوه ولا يعرضوا له رجاء ان يا يته
بالعشرة اصحابه فيقتلهم فلما خرج عمر ابن العاص
من الباب اعلم اصحابه بما كان وقال لا اعود لمثل
هذا ابدا ثم كبر فخرجوا الروم اليهم ووضعوا الحرب
بينهم فانهزم الروم وقتل منهم مقتلة عظيمة وساروا
المسلمون في اثارهم حتي طردوهم من فلسطين
ومن الاردن. الي بيت المقدس والي قيسارية
وتحصن بها الناس فتركوهم ومضوا الي ناحية
البثنية وكتبوا بالخبر الي ابي بكر فوافاه الرسول
قد مات واستخلف عمر ابن الخطاب وكان
ابو بكر لما اعتل عهد الي عمر ابن الخطاب
وكان العهد مكتوبا بخط عثمان ابن
عفان وتوفي ابو بكر لليلتين بقيتا من
جمادي الاخر سنة ثلثة عشر من الهجرة وصلي
عليه عمر ابن الخطاب ودفن في البيت الذي
دفن فيه محمد وكانت خلافته سنتين وثلثة
اشهر واثنين وعشرين يوما وكان له يوم توفي
ثلثة وستين سنة وكان ابي بكر طوالا ابيض يضرب
بياضه الي صفرة نحيفا خفيف العارضين معرق الوجه

 غاير

غاير العقلين يخضب لحيته بالحنا والكتم لا يكان يمسك عليه ازاره ووزيره ابو قحافه العدوي وكان حجبه سديد مولاه

خلافة عمر ابن الخطاب

واستخلف عمر ابن الخطاب ابن نفيل ابن عبد العزى ابن رياح ابن عدي ابن كعب وامه حنتمة بنت هشام ابن المغيرة ابن عبد الله ابن عمر ابن مخزوم في اليوم الثالث الذي توفي فيه ابو بكر وذلك في ثلثة عشر سنة من ملك هرقل ملك الروم وفي اول خلافته صير جرجيوس بطريركا علي الاسكندرية اقام اربع سنين فلما سمع ان المسلمين غلبوا الروم وفتحوا فلسطين وانهم جايين الي مصر ركب البحر وهرب من الاسكندرية الي القسطنطينية وبقا كرسي الاسكندرية بعده بلا بطرك ملكي سبعة وتسعين سنة ولما هرب صير بعده كورس بطريركا علي الاسكندرية وكان مارونيا علي دين هرقل وكان بالاسكندرية رجل راهب يقال له صفرونيوس فانكر صفرونيوس مقالة كورس البطرك وكان كورش يقول ان سيدنا المسيح طبيعتين بمشية واحدة وفعل واحد واقنوم واحد وهذه هي مقالة مارون

oculis subsidentibus, barbã suam hinnâ & cetamo tingere solitus, raro tegmentũ sibi adstructum retinens Consiliarius ipsius erat *Abu Kahafa Alsidus*. Janitoris munere ipsi fungebatur servus ipsius *Sadid*.

Chalifatus *Omari Ebnil Chetabi*.

Chalifatum obtinuit *Omar* (*Ebno-l Chetabi*, *Ebn Nofail Ebn Abdil-aziz Ebn Riyah*, *Ebn Ada*, *Ebn Caab*, cui mater fuit *Cathima* filia *Hashami Ebni-l Mogayaræ*, *Ebn Abdillahi*, *Ebn Omari*, *Ebn Machzum*) die Martis eodem quo mortuus est *Abu Becr*, ídque anno imperii *Heraclii* Imperatoris *Romanorum* decimo tertio, initio Chalifatus ejus constitutus est *Georgius* Patriarcha *Alexandrinus* qui quatuor annos sedit, dein audito *Mosleminos* devictis *Romanis Palæstinam* occupâsse eosdémque *Ægyptum* tendere mari se committens *Alexandriâ Palæstinam* fugit, mansítque post ipsum cathedra *Alexandrina* absque Patriarchâ *Melchitâ* annos nonaginta septem. Post ipsius verò fugam constitutus est *Cyrus Patriarcha Alexandrinus* qui *Maronita* fuit, ejusdem cum *Heraclio* Religionis. Fuit autem *Alexandriæ* Monachus quidam nomine *Sophronius qui Cyri* Patriarchæ doctrinam improbavit. Asseruit *Cyrus* esse Domino nostro *Christo* naturas duas, voluntatem unam, operationem unam, Personam unam, quæ est *Maroni* sententia.

Accedens ergò *Sophronius* ad *Cyrum* Patriarcham, cum ipso disputatione habitâ, Si, inquit, ita res haberet quomodo tu asseris, essétque *Christo* voluntas una, operatio una, necessariò esset ipsi natura una, non duæ naturæ, quod asserunt *Iacobitæ*. At nos ei duas voluntates, duásque operationes, prout sunt ipsi duæ naturæ, attribuimus, cùm impossibile sit, ut sit voluntas una duas habenti naturas. Si unicam haberet voluntatem, certè & unicam haberet naturam. Cùm ergò duas habeat naturas, duas etiam habet voluntates. Cui *Cyrus*, Tam *Theodorus* [al. *Horius*] inquit, Patriarcha *Rom.* quàm *Sergius* Patr. *Constantinopolitanus* in hanc sententiam conspirârunt. Profectus ergò *Sophronius* *Constantinopolin*, occurrenti ibi ipsi *Sergio* Patiarchæ narravit quid inter se ac *Cyrum* Patriarcham *Alexandrinum* intercessisset. Quod miratus est *Sergius* Patriarcha *Constantinopolitanus*: at cùm post biduum ad ipsum à *Cyro* delata essent munera, mutatâ sententiâ suâ, adversus *Sophronio* factus in *Cyri* sententiam abiit. *Theodorus* etiam Patriarcha Romanus perversè sentiens, ipsis assensũ præbuit, asserens naturam *Christi* duplicem esse. Quod improbans *Sophronius*, Haud ita, inquit, res est. Siquidem quælibet res, [in ipso] duplex est nisi quod ad personã pertinet. Dein dixerunt, Nec duas voluntates dicimus, nec voluntatem unam: mansitq; sententia Ecclesiæ annis circiter

مارون فصار صفرونيوس الي كورش فناظره وقال
صفرونيوس لوكان الامر كما تزعم ان المسيح مشية واحدة
وفعل واحد فوجب ان يكون له طبيعة واحدة لا طبيعتين
وذلك قول اليعقوبية بل نقول ان المسيح مشيتين
وفعلين كما له طبيعتين لانه محال ان تكون مشية
واحدة لذي طبيعتين لو كان ذا مشية واحدة لكان
ذا طبيعة واحدة فلما كان ذا طبيعتين فهو ذا مشيتين فقال
له كورس ان ثاوذرس بطريرك رومية وسرجيوس
بطريرك القسطنطينية موافقين لي على هذه المقالة فخرج
صفرونيوس الي القسطنطينية فقبله سرجيوس بطريرك
القسطنطينية وقص صفرونيوس عليه ما كان بينه وبين
كورس بطرك الاسكندرية فعجب سرجيوس بطرك
القسطنطينية من ذلك فلما كان بعد يومين قد رجع عن رايه
من كورس الي سرجيوس فانصرف عن رايه وصار مخالفا
لصفرونيوس موافقا لكورش وان ثاوذورس بطريرك
رومية اسا رايه ووافقهم وقال ان طبيعة المسيح مضعفة
فانكر صفرونيوس ذلك وقال لا لان كل شي
مضعف الا ما كان من القنوم ثم قالوا لا نقول
مشيتين ولا مشية فنكس راي الكهنة نحو
من

مدة ستة واربعين سنة غير متفق ثم ان صفرونيوس قدم من القسطنطينية الي بيت المقدس فخرج اليه الرهبان واهل بيت المقدس فخرج اليه الرهبان واهل بيت المقدس فقص عليهم قصته واعلمهم خبره ولم يكن في بيت المقدس بطرك فصيروا صفرونيوس بطريركا علي بيت المقدس فحسن امانته فكتب كتابا في الايمان وبعث به الي جميع الافاق فقبله اهل الدنيا وذلك في السنة الثامنة من خلافة عمر ابن الخطاب وفي خمس سنين من خلافة عمر [illegible]وبنوس بطريركا علي انطاكية في مدينة القسطنطينية وكان ماروثيا فاقام بالقسطنطينية ستة سنين ومات ولم يدخل انطاكية ولا راها وفي ستة سنين من خلافة عمر ابن الخطاب وفي سنة ثمانية عشر من ملك هرقل صير سرورس بطريركا علي القسطنطينية وكان ملرثيا اقام ثمان سنين وفي نسخة اخري يقول سنتين ولكن مرطينة زوجة هرقل دفنة وكانت حسنة الامانة وصيرت بنله بولص بطريركا علي القسطنطينية وكان ماروثيا اقام ستة سنين ومات وبعد موته رد هرقل الملك صورس البطريرك الذي دفنه زوجته الي الكرسي اقام سبع سنين ومات وكانوا المسلمين محاصرين دمشق قبلها ولي عمر ابن

citer quadraginta ſex indeciſa. Dein *Sophronius Conſtantinopoli Hieroſolyma* perveniens, obviā ipſi factis Monachis urbíſq; *Hieroſolymitanæ* incolis, narravit ipſis quid ſibi contigiſſet ejúſq; hiſtoriā expoſuit. Cùmque non eſſet *Hieroſolymis* Patriarcha, muneri Patriarchali præfectus eſt *Sophronius* ob fidei ſuæ ſinceritatem: ſcripſítque de fide libellum quem in omnes regiones miſit, acceptúmq; habuerunt [totius] mundi incolæ, inq; anno *Chalifatûs, Omari Ebnil Chetabi* ſecundo. Anno Chalifatûs ejuſdem quinto conſtitutus eſt *Macedonius* Patriarcha *Antiochenus* in urbe *Conſtantinopolitana*, qui *Maronita* fuit: *Conſtantinopoli* ſex annos ſubſtitit, dein è vivis exceſſit, antequam *Antiochiam* vel ingreſſus eſſet vel vidiſſet. Anno Chalifatus *Omari Ebnil Chetabi* ſexto, Imperii vero *Heraclii* decimo octavo conſtitutus eſt *Syrus* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*, qui & *Maronita* fuit. annos octo ſedit, (vel ſecundum aliud exemplar, duos) verum à *Martina* uxore *Heraclii*, quæ Orthodoxa fuit, in exilium pulſus eſt, quæ & loco ejus *Paulum* Patriarcham *Conſtantinopoli* præfecit. hic etiam *Maronita* fuit, annos ſex ſedit, dein mortuus eſt, poſt ejus obitū reſtituit *Heraclius Syrum* qui à conjuge ipſius relegatus fuerat, cathedræ, quam ſeptem annos occupavit, dein mortuus eſt. Obſidione autem cinxerant *Moſlemini Damaſcum*. Cúmque Chalifatui præfectus eſſet *Omar* Ebno'l *Chetab*

ſcriptis

eo modo qui utrisque gratus sit, à vobis recedamus. Ratus *Patricius* verum esse quod dixerat, dimisit ipsos, sperans accessuros Duces decem quos occidere posset, atque ita *Arabes* in potestatem suam redigere: abire ergò ipsos permisit. Illi verò ubi egressi essent, dixit *Moslemah Amro EbnilAsi*, Heus *Amre*, liberavit te *Wardani* colaphus. Dein Deum Maximum celebrârunt. Nôrunt ergò *Romani Amrum* fuisse qui captivus fuerat: pœnituítque illos quòd ipsum dimisissent. Tum accedētibus ipsis ac *Romanos* clamore evocantibus gravi certamine pugnatum est; *Romani* autem in fugam conversi, alii ad mare se recipientes navigia conscenderunt, alii per terram abierunt, ac ingressi sunt *Moslemini Alexandriam*, postquam in ipsius obsidione menses quatuordecim insumsissent. Captáque jam urbe atque fugâ dilapsis qui è *Romanis* fugerant, profectus est *Amrus Ebnol Asi* eos qui per terram fugerant quæsitum. Illi autem ex ipsis qui per mare fugerant *Alexandriam* reversi, *Mosleminos* qui in ea reperti sunt occiderũt. Cúmq; eo audito reversus esset *Amrus* acri ipsum pugnâ juxta arcem exceperunt; quâ ab ipso captâ rursum ad naves confugerunt *Romani*. Scripsit ergò *Amrus EbnolAsi* ad *Omarum Ebnil Chetabi*. Urbem cepi in qua quid sit non describam, nisi quòd in ipsa repererim palatia quater mille; balnea quater mille; *Judæorum* qui tributum solvũnt quadraginta

تحب وتحبون ويصرف عنكم فتوهم البطريق ان
هذا الكلام حقا فخلاهم رجاء ان يأتون العشرة
القواد فيقتلهم ويتمكن حينئذ من العرب
فاطلق سبيلهم فلما خرجوا قال مسلمة لعمر ابن
العاص يا عمر لقد خلصتك لكنة وردان ثم كبروا
فعلموا الروم ان عمر كان الماسور فندموا علي
تخليتهم اياه ثم تقدموا وصاحوا بالروم واشتد
القتال فانهزموا الروم فمنهم من لحق البحر
فركب المراكب ومنهم من اخذ طريق البر ودخل
المسلمون الاسكندرية وكان مقامهم علي حصار
الاسكندرية اربعة عشر شهرا فلما فتحوا الاسكندرية
وهرب من هرب من الروم مضا عمر ابن العاص في طلب من
هرب من الروم في البر فرجع من كان هرب منهم في البحر
الي الاسكندرية فقتلوا من كان فيها من المسلمين
فبلغ ذلك عمر ابن العاص فكر راجعا وقاتلوه قتالا
شديدا علي الحصن ثم فتحها وهرب الروم ايضا الي
المراكب فكتب عمر ابن العاص الي عمر ابن الخطاب
اني فتحت مدينة لا اصف ما فيها غير اني
اصبت فيها اربعة الاف منية واربعة الاف
حمام

حمام واربعين الف يهودي عليهم الجزية واربعماية
ملها للملوك واثني عشر الف بقال يبيعون
البقل الاخضر فاني فتحتها عنوة بغير عهد وبعلمه
ان المسلمين طلبوا قسمها فكتب اليه عمر ابن
الخطاب يقبح رايه ويامره ان لا يتجاوزها ولا يقسمها
ويترك خراجها فيا للمسلمين وقوة لهم علي جهاد
عدوهم فاقرها عمر واحصا اهلها وفرض عليهم
الخراج وكانت مصر صلحا كلها بفريضة
دينارين علي كل رجل ولا يزاد علي احد منهم
شي في جزية راسه الا انه يزاد ويلزم مقدار
ما يتوسع به من الارض والزرع الا اهل الاسكندرية
فانهم كانوا يودون الخراج والجزية علي
قدر ما يري من وليهم لان الاسكندرية فتحت
عنوة بغير عهد ولا عقد ولم يكون لهم صلح ولا ذمة
وفتحت الاسكندرية يوم الجمعة مستهل محرم سنة عشرين
من الهجرة وعشرين من ملك هرقل وفي السنة
الثامنة من خلافة عمر ابن الخطاب ووجه عمر ابن
العاص عقبة ابن نافع حتي بلغ زويلة وصالح ما بين
برقة وزويلة للمسلمين ولم يكن بين اطلس برقة
يومين

millia, circos Regios quadringentos, olitores qui olera vendunt duodecies mille. Ipsam verò vi cepi, nullo inito pacto. Certiorem etiam ipsum fecit, poscere *Mosleminos* ipsam sibi dividendam. Cui rescribens *Omar Ebnol Chetabi*, consilium ipsius improbavit, jussítque ne ipsam illis [spoliandam] permitteret aut divideret, verùm vectigal ipsius in ipsa *Mosleminis* relinqueret, quo subsidio ipsis in oppugnandis hostibus esset. Eam ergò quo erat statu confirmavit *Amrus*, numeratísque incolis tributum ipsis imposuit. Porrò *Ægyptus* universa in fœdus recepta fuit, tributo binorum aureorum à singulis pendendo; neque cuipiam amplius pro capite suo solvendum imponebatur, (nisi ubi adjiceretur aliquid, eíque imponeretur ratione terrarum & frugum quas haberet) exceptis *Alexandriæ* incolis: Illi enim vectigal ac tributum ad arbitrium ejus qui ipsis præficiebatur pendebant. Capta est siquidem *Alexandria* vi, sine promisso aut pactis conventis, nullo cum ipsis inito fœdere aut sponsione. Capta autem est die Veneris mensis *Moharram* novilunio, anno *Hejræ* vicesimo, nec non Imperii *Heraclii* vicesimo, qui Chalifatûs *Omari Ebnol Chetabi* octavus fuit. Porrò misit *Amrus Ebnol Asi*, *Okbam Ebn Naphei Zawilam* usque; atque ita quicquid inter *Barkam* & *Zawilam* est penes *Moslemios* fuit, ac tunc temporis non

non ingrediebatur *Barkam* qui tributum exigeret, verùm tempore præstituto tributum mittebant. Occupavit autem homines calamitas magna *Medinæ* præ annonæ caritate. Scripsit ergò *Omar Ebnol Chetabi* ad *Amrum Ebnol Asi* certiorem ipsum faciens quantâ premerentur homines angustiâ ac annonæ caritate. Misítque *Amrus* camelos tritico onustos, quorum primi *Medinam* pertigerunt, dum ultimi adhuc in *Ægypto* essent, serie continuâ. Scripsit ergò *Omar Ebnol Chetabi* ad *Amrum Ebnol Asi* ut fodiendum curaret alveum qui *Kolzamum* pertingeret, quo faciliùs apportaretur frumentum. Fodit ergò *Amrus* flumen illud quod sub ponte est, quod Flumen Imperatoris fidelium appellatur: per quod naves triticum, hordeum & legumina *Phustato Kolzamum* deferebant, quæ dein per mare salsum *Medinam* deferebantur. Cepit etiam *Amrus Ebnol Asi Tripolim* occidentalem anno *Hejræ* vicesimo secundo, nec non Imperii *Heraclii* vicesimo secundo, Chalitatûs *Omari Ebnol Chetabi* decimo. Extruxítque *Amrus Fustati* templum magnum. Porrò interfectus est *Omar Ebnol Chetabi Medinæ*, interficiente ipsum *Abu Luluæ* servo *Mogiræ Ebn Shaabæ*. Obiit die *Dil Hojjæ* vicesimo septimo, anno *Hejræ* vicesimo tertio, nec non imperii *Heraclii* vicesimo tertio cùm annorum esset sexaginta trium, tem-

pore

يومئذ جابي خراج وانما كانوا يبعثون الجزية
اذا جا وقتها ووقع في الناس جهد شديد من الغلا
في المدينة فكتب عمر ابن الخطاب الي عمر ابن
العاص يعلمه بما الناس عليه من الجهد والغلا فبعث
عمر بالجمال موقرة حنطة اولها بالمدينة واخرها بمصر
قطارا واحدا فكتب عمر ابن الخطاب الي عمر ابن
العاص ان يحفر خليجا حتي يبلغ القلزم فتسهل
حمولة القمح فحفر عمر الخليج الذي في القنطرة
وهو المعروف بخليج امير المومنين وكانت المراكب
تحمل القموح والشعيرات والحبوب من الفسطاط
الي القلزم في الخليج وتحملا في البحر المالح
الي المدينة وفتح عمر ابن العاص طرابلس المغرب في
سنة اثنين وعشرين من الهجرة واثنين وعشرين من
ملك هرقل وفي عشر سنين من خلافة عمر ابن
الخطاب وبنا عمر ابن العاص بفسطاط مصر المسجد
الجامع وقتل عمر ابن الخطاب بالمدينة قتله ابو لولوه
عبد المغيرة ابن شعبة في سبعة وعشرين من ذي الحجة
سنة ثلاثة وعشرين من الهجرة وثلثة وعشرين من ملك
هرقل وهو ابن ثلثة وستين سنة وقت صلاة
الصبح

الصبح وكان قد جعل المشورة في ستة من اصحاب محمد عثمان ابن عفان وعلي ابن ابي طالب وطلحة والزبير بن العوام وعبد الرحمن ابن عوف الزهري وسعد ابن ابي وقاص وصلي عليه صهيب الرومي ودفن في البيت الذي دفن فيه محمد وكانت خلافته عشر سنين وتسعة اشهر وحج عمر في خلافته تسعة حجج وكان ادم اعسر اصلع يخضب راسه ولحيته بالحنا وكان علي شرطته عبد الله ابن عباس وحاجبه يرفا مولاه ❧

خلافة عثمان ابن عفان

واستخلف عثمان ابن ابن عفان ابي العاص ابن امية ابن عبد شمس وامه اروى ابنة كريز ابن ربيعة بعد ثلثة ايام من وفاة عمر سلخ ذي الحجة وكانت خلافته مستهل محرم سنة اربعة وعشرين سنة من الهجرة وذلك في اربعة وعشرين سنة من ملك هرقل ملك الروم فولي الخلافة اثني عشر سنة توفي ثلثة سنين من خلافته صفر جرجس بطريرك علي انطاكية وكان مارونيا واصابح في القسطنطينية واقام بها خمس سنين ولم

pore orationis matutinæ. Jam auté in consiliũ vocandos[de successore eligendo] statuerat sex *Mohami* comites *Othmanum Ebn Affan, Alim Ebn Abi Talebi, Talhum, Al Zobair Ebnol Aram, Abdorrahman Ebn Orfi, Al Zahari* & *Saadum Ebn Abil VVakkas*. Oravit pro eo *Sahib Al Rumi*: Sepultus est eâdem domo in quâ sepultus fuerat *Mohammed*. Chalifatus ipsius annorum erat decem, & novem mensium. Novies Chalifatùs sui tempore peregrè religionis ergò peregrinatus est. Fuscus erat, scæva, calvus, caput & barbam Hinnâ tingens: Spiculatorum ipsi præfectus fuit *Abdallah Ebn Abbasi*, Ianitor *Barka* servus ipsius.

Chalifatus Othmani Ebn Affani.

In Chalifatum suffectus est *Othman Ebn Affani Ebn Abil Asi*, *Ebn Ommiæ*, *Ebn Abdishemsi*. Mater ipsi fuit *Ommaiah* filia *Cubaræ*, *Ebn Rabiæ*, tribus post *Omari* obitum diebus finiente *Dil Hojja*. Fuitque[initium] Chalifatûs ejus Novilunium mensis *Moharram* anni *Hejræ* vicesimo quarto, idque anno Imperii *Heraclii* Imperatoris *Romanorum* vicesimo quarto. *Chalifatum* obtinuit annis duodecim. Anno Chalifatûs ejus tertio constitutus est *Iaribus* Patriarcha *Antiochenus*, qui *Maronita* fuit. *Constantinopoli* autem [ei muneri] præfectus est,

ubi quinque annos subſtitit, neque *Antiochiam* pervenit. Mortuus autem eſt *Conſtantinopoli*, ibiq; ſepultus. Anno Chalifatûs ejuſdem decimo factus eſt *Macarius* Patriarcha *Antiochenus*, qui & *Maronita* fuit. Hic etiam *Conſtantinopoli* creatus, cùm ibi octo annos permanſiſſet, neque *Antiochiam* acceſſiſſet, mortuus eſt, ibique ſepultus. Anno Chalifatûs ejuſdẽ nono conſtitutus eſt *Petrus* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*, qui & *Maronita* fuit. Annos ſex ſedit, dein mortuus eſt. Anno Chalifatûs ejuſdem quarto creatus eſt *Petrus* Patriarcha *Alexandrinus*; *Maronita* fuit; cùm annos novem ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem octavo mortuus eſt *Honorius* Patriarcha *Romanus*, qui etiam *Maronis* doctrinam amplexus fuit, atque per ipſum diviſa eſt Eccleſiæ ſententia. Poſt ipſius obitum electus eſt quidam nomine *Severinus*, qui *Romæ* Patriarcha conſtitutus, ubi ſex menſes ſediſſet mortuus eſt. Poſt quem electus eſt vir præſtans, nomine *Iohannes*, ad quem cùm delata eſſet iſtius dubii cauſa, Imperante tunc temporis *Conſtantinopoli Heraclio* cum fratre ſuo *Conſtantino*, ſcripſit ipſe ad illos epiſtolam in quâ dubii iſtius cauſam [expoſuit,] apologiam edens pro prædeceſſore ſuo *Honorio* Patriarchâ *Romano*. Epiſtolæ autem initium ita ſe habuit: A *Iohanne* Papâ, Patriarchâ *Romano*, ad *Heraclium* & *Conſtantinum* fratres Impe-

ratores

ولم يجي الى انطاكية ومات بالقسطنطينية ودفن بها
وفي عشر سنين من خلافته صير مكاريوس بطرك
على انطاكية وكان مارونيا وصير بالقسطنطينية
واقام بها ثمان سنين ولم يدخل انطاكية ومات
ودفن بالقسطنطينية وفي تسع سنين من خلافته صير
بطرس بطريركا على القسطنطينية وكان مارونيا اقام
ستة سنين ومات وفي اربع سنين من خلافته
صير بطرس بطريركا على الاسكندرية وكان
ماروني اقام تسع سنين ومات وفي ثمان سنين من
خلافته مات انوريوس بطرك رومية وكان يقول
بمقالة مارون فتشتت راي الكنيسة على يديه
واختير من بعد وفاته رجل يقال له سارينوس
وصير بطرك على رومية اقام ستة اشهر ومات واختير
من بعده رجل فاضل يقال له يوحنس فلم رفع اليه سبب
هذا الشك وكان انذاك الملك على القسطنطينية
هرقل واخوه قسطنطين فكتب اليهما يوحنا البطريرك
صحيفة فيها سبب هذا الشك وهو يعتذر عن المتوفى
قبله انوريوس بطرك رومية وكان ابتدا الكتاب
هكذا من يوحنا البابا بطريرك رومية الى هرقل
وقسطنطين

وقسطنطين للملكين الاخوين المومنين علي كنيسة
المسيح الاه الحق الذي اشرق نوره في الظلمات وهو الذي
خلصنا من سلطان الظلمة بنوره المعجب نور الحق الذي
لا يخالطه ظلمة الذي نعم صليبه اصلح ما بين السما
والارض الناظر في وجه كنيسته في كل حين هو الذي
انعم عليكما ايها الملكان ان تدعوا الحصن الدعوات
والشرفهما في كنيسته وان تومنوا لكمال الايمان
واقربه منذ انه وقع هاهنا امر لابد من صفته ليفهموه
اهل العدل والناظرون فيه حتي يعرفوا الحق علاينا
كما كان قد جلا في ما علم اهل المغرب من الاختلاف
ايضا والشكوك وعادي ذلك الي كتاب اخينا
اونوريوس بطريرك القسطنطينية وغيره . ولابد من شرح
هذا الامر ليوقف علي تميمه فاول ذلك انه كان
قبل منذ ثمانية عشر سنة كورس بطريرك الاسكندرية
كان يقول بمقالة مارون وان لسيدنا المسيح طبيعتين
ومشية واحدة وفعل واحد فسمع به صفرونيوس الذي
صار بطريركا علي بيت المقدس فناظره وافلج عليه حجته
ثم صار صفرونيوس الي سرجس بطريرك القسطنطينية
فوجده يقول بقول كورس وقال له اونوريوس بطريرك
رومية

ratores quibus concredita est Ecclesia *Christi* Dei veri, cujus lux in tenebris splenduit, qui nos à pote state tenebrarum luce suâ mirâ liberavit, luce verâ cui nullæ admixtæ sunt tenebræ; qui sanguine crucis suæ pacē fecit inter cœlum & terrā; qui Ecclesiæ faciem semper intuetur. Ille est qui vobis hanc gratiam fecit, O Imperatores, ut opiniones optimas ac nobilissimas in Ecclesiâ profiteremini, fidémque perfectissimam ac ipsi proximam amplecteremini. Accidit hîc res quæ necessariò narranda est, ut ipsam intelligant qui æquitatem colunt, atq; in ipsam inquirunt, quò veritas superior evadat; Cùm ad me pervenerit quænam sint apud Occidentis etiam incolas discrepantiæ & dubia, atque ad me perlatum sit illud unà cum fratris nostri *Honorii* Patriarchæ *Constantinopolitani*, aliorúmque literis: Necesse est ergò ut explicetur res ista, quò tota dignoscatur. Initium ipsius sic se habet, quòd ante annos circiter octodecim dicatur *Cyrus* Patriarcha *Alexandrinus Maronis* sententiam amplexus: viz: Domino *Christo* esse naturas duas, voluntatem unam, atque operationem unam. Quod cùm audivisset *Sophronius* qui Patriarcha *Hierosolymitanus* fuit, cum ipso disputans argumentis ipsum vicit: Tum *Sophronius* ad *Sergium* Patriarcham *Constantinopolitanum* profectus, cùm ipsum idem cum *Cyro* docere reperiret, atque dicere, *Honorium* etiam Patriarcham *Romanum* idem affir-

mare à *Constantinopoli* *Hierosolyma* reversus est. Cúmque Patriarcha esset (eum siquidem, propter Orthodoxiam ipsius acceptum, *Hierosolymis* Patriarcham præfecerunt, urbis ejus incolæ) librum de fide scripsit, quem totius mundi incolæ acceptum habuerunt. Hoc cùm scivisset *Honorius* Patriarcha *Romanus*, nec non *Sergium* Patriarcham *Constantinopolitanum* falsò dixisse ipsum *Maronitam* esse, librum scripsit in quo asserit, Dominum nostrum *Christum*, qui est princeps vitæ, natum esse sine peccato. Siquidem Verbum per quod fuerunt omnia, cùm è cœlo descenderet assumpsisse de *Maria* virgine corpus, ac naturâ nobis simile factum esse; nequaquam autẽ voluntate peccati. Dicere enim *Paulum*, accepisse ipsum militudinem nostrûm peccatorum; nempe corpus sine peccato cum anima rationali, intellectuali, atque ita unam voluntatem ipsi visum esse assumere, quæ humanitati ipsius esset, non sicut nos scimus nobis esse duas voluntates contrarias, quarum voluntatum altera plantata sit in intellectu, altera in corpore, síntque inter se contrariæ; quod universo generi humano contingit, cùm sub peccato sit, nec sit quispiam à peccato rebellionis immunis: at corpori Domini nostri *Christi* non fuisse voluntates duas contrarias, neque contradixisse voluntatem intellectus ipsius voluntati

corporis,

رومية يقول هذه المقالة فانصرف صفرونيوس من
القسطنطينية الى بيت المقدس فاجتمع اساقفة الشرق
اهل بيت المقدس صيروه بطرك على بيت المقدس
وكتب كتابا في الايمان فقبلوا الكتاب اهل الدنيا
فلما علم انوريوس بطريرك رومية بهذا الوارد من سرجس
بطريرك القسطنطينية كتب عليه انه ماروني وكتب
كتابا يقول فيه ان سيدنا يسوع المسيح الذي هو
راس الجملة ولد بغير خطية لان الكلمة الازلية التي
بها كان كل شي لما نزلت من السما اخذت من مريم
العذري جسدا وصار مثلنا بالطبيعة واما بمشية الخطية
فلا لان بولس يقول انه اخذ شبهنا نحن الخاطيون
اعني جسدا بلا خطية بنفس ناطقة عقلية فكذلك
رضي ان ياخذ المشية الواحدة التي لناسوته ليس
مثل ما نحن نعرف ان لنا مشيتين متضادتين وهاتين
المشيتين الواحدة مغروسة في العقل والاخري في
الجسد وهما متقابلتان لبعضهما بعض وهذا يصيب
كل الجنس الادمي لانه تحت الخطية وليس احد نقي
من خطية المعصية فاما جسد سيدنا المسيح فلم يكن
له مشيتان متضادتان ولم يقابل مشية جسده ولم

نحمل خطية الذي جا يلخص خطية العالم حاشا له لا يكون
فلم تكن في طبيعة المسيح خطية ولا واحدة ولا في ضميره
ولا مخالطة ولكنا نقول ونقر بمشية واحدة في تدبير
ناسوته المقدسة ولا نقول بمشيتين متضادتين كلاهما لعقله
ولجسمه وبهذا الكتب انوريوس بطريرك رومية الى
سرجس بطريرك القسطنطينية فلما لم نعترف
بمشيتين متضادتين للعقل والجسد الذي ان قلبوا
الناس في ارايهم الفاسدة ظنوا ان انوريوس بطريرك
رومية كان يقول بمشية واحدة في لاهوت سيدنا
المسيح وناسوته مع اني اسال القايلين بهذه المقالة في
اي طبيعة يقولون للمسيح الاله مشية واحدة ان
كانت في لاهوته فقط وما كانت في ناسوته
ومشيته الطبيعية فليس هو اذا انسان تام وان
قالوا في ناسوت المسيح هذه المشية فنقول لهم
كيف هو الاه تام وان قالوا طبيعتين بمشية واحدة
فذلك لا يجوز ولكن نعترف بجنس المسيح
الواحد ولذلك لا نجحد المشيتين اللتي
للطبيعتين لئلا ننفي خواصهما ولكننا
نقول فكل واحد من طبيعتين
المسيح

corporis, neque fuisse peccatum illi qui venit, ut tolleret peccatum mundi; (absit, fieri non potest.) Neque fuisse Domino nostro *Christo* peccatum vel unum, neque in ipsius nativitate, neque temperamento. Verùm dicimus (inquit) ac confitemur voluntatem unam quâ dirigeretur ipsius humanitas sancta; non autem asserimus voluntates duas contrarias, quæ intellectui ipsius & corpori fuerint. Hoc scripsit *Honorius* Patriarcha *Romanus* ad *Sergium* Patriarcham *Constantinopolitanum*. Nos siquidem confitemur duas voluntates contrarias, intellectûs & corporis: quod transferentes nonnulli ad sententias suas falsas, putârunt *Honorium* Patriarchum *Romanum* asseruisse voluntatem unam in Domini nostri *Christi* divinitate & humanitate: quod qui autumant, rogarem ego, In qua natura dicunt unam esse *Christo* Deo voluntatem? si in Divinitate tantùm, tum non est in humanitate ipsius voluntas; ac proinde non est homo perfectus. Sin dixerint in humanitate *Christi* esse hanc voluntatem, dicimus ipsis, Quomodo erit Deus perfectus? Quòd si, duabus naturis esse voluntatem unam; hoc est quod fieri non potest. Verùm confitemur incarnationem *Christi* unius, ideóq; nec negamus duas voluntates quæ sunt duabus naturis, ne proprietates ipsarum corrumpamus. Verùm dicimus utrique duarum naturarum

Christi in incarnatione personæ unius, esse voluntatem; at non esse duas personas, quemadmodum [asserit] *Nestorius* maledictus. Qui autem asserunt duas esse naturas & voluntatem unam, divinitati *Christi* & humanitati ipsius, nec nō operationē unā, errant illi instar *Maronis* maledicti: & qui aiunt, unam naturam, voluntatem unam, & operationem unam; peccant, instar *Eutychii* & *Dioscori* & *Severi* hæreticorum. Atque hæc est sententia *Iacobitarum*. Verùm doctrina sana & veritas manifesta illa est quam protulerunt Doctores · viz: Esse Domino nostro *Christo* duas naturas, duas voluntates, operationes duas & personam unam: cùm impossibile sit, ut sit duabus naturis voluntas una: quòd si unam haberet voluntatem, unam etiam haberet naturam; cùm autem duas habeat naturas, duas etiam habet voluntates. Rogamus ergò vos ut jubeatis comburi chartam quæ calumnias in *Leonem* Patriarcham *Romanum* continet, nec non in Concilium *Chalcedonense*, ne legatur & ab intellectu minùs valentibus probetur, fidémq; ipsorum corrumpat.: rogamúsque Dominum nostrum *Christum* ut vos cum misericordia, clementia, atq; auxilio respiciat, subdátque imperio vestro gentes potentiâ ipsius insuperabili. Epistolam hanc cùm absolvisset *Iohannes* Patriarcha *Romanus*, ipsam misit per virum præstantem, nomine *Barsicam*, Ecclesiæ *Romanæ* Archidiaconum, qui ad *Heracli-*

المسيح في تجسد القنوم الواحد لها مشية ولا نقول
اقنومين مثل نسطور اللعين فاما الذين يقولون
طبيعتين ومشية واحدة فقد اخطوا مثل مارون اللعين فاما
الذين يقولون طبيعة واحدة ومشية واحدة وفعل واحد
فقد اخطوا مثل اوتيشوس ويعقوبس وسويرس
المخاذيل وهذه في مقالة اليعقوبية فاما الصحيح
الحق المبين فهو الذي قالوه المعلمين ان سيدنا المسيح
طبيعتان ومشيتان واقنوم واحد لانه محال ان تكون
مشية واحدة لذي طبيعتين فلو كان ذا مشية واحدة
لكان ذا طبيعة واحدة ولما كان ذا طبيعتين
كان ذا مشيتين فنسالكما ان تامرا ان يحرق
القرطاس الذي طعن فيه علي لاون بطرك رومية
وعلي المجمع الخلقدوني لئلا يقرا فيقبلونه
ضعفا العقول فيفسد امانتهم ونحن سيدنا
المسيح ان ينظر اليكما بالرحمة والرافة والمعونة
ويخضع الامم تحت سلطانكم بقوته التي لا
تغلب فلما كمل يوحنا بطرك رومية صحيفته
ختمها وبعث بها مع رجل فاضل يقال له برشمقا
وهو راس شماسة في كنيسة رومية فاقبل بها الي
هرقل

هرقل وقسطنطين الملكين فوجد قسطنطين الملك
قد توفي ووثبوا الوزرا والقواد علي هرقل وقتلوه لانهم
تشاموا به لان مصر والشام خرجت عن ايديهم واذه
كان ماروديا وانهم ملكوا عليهم ابن اخيه
قسطنطين المتوفي وسموه قسطنطين باسم ابيه وذلك
في السنة الثامنة من خلافة عثمان وكان
قسطنطين هذا الملك حسن العبادة وان ابرسقا
الرسول دفع الصحيفة التي من يوحنا بطريرك
رومية الي الملك فاخذها وقراها وعجب من فهم
البطريرك وامر ان يكتب جوابها هكذا اننا قد
قبلنا وصيتك ايها القديس الفاضل ونحن نقر ونومن
بطبيعتين ومشيتين ونعلن ان سيدنا المسيح واقنوم واحد
ونلعن من خالف هذا ونومن بما قالت السماية وثلا ثون
اسقف الذين اجتمعوا في خلقدونية ونلعن من
لعنوه وقد امتثلنا ما امرت به من تحريق القرطاس
الذي طعن فيه علي لاون بطرك رومية القديس
وعلي المجمع الخلقدوني واحرقناه بالنار ونحن
تابعون علي تعليمك الذي
هو تعليم الحق ونسلك ان تدعوا لنا بالسلامة
والحفظ

um & *Constantinum* Imperatores perferens, invenit *Constantinum* diem obiisse, nec non *Heraclium* à Consiliariis, qui in ipsum impetum fecerant, occisum; quòd sc. ipsum pro inauspicato haberent, cùm *Ægyptus* & *Syria* ipsis ereptæ essent, quódque *Maronita* esset; ipsósque imperio præfecisse fratris ejus *Constantini* demortui filium, quem & de nomine Patris sui *Constantinum* appellârunt. Fuit autem *Constantinus* iste Imperator pius, cui cùm *Barsika* nuncius Epistolã quæ à *Iohanne* Patriarcha *Romano* ad Imperatorem missa fuit tradidisset, ipse acceptam perlegit, ac Patriarchæ intellectum miratus, rescribi jussit responsum, ad hunc modum. Accepimus, Sancte excellens, mandatum tuum. Nos autem confitemur ac credimus naturas duas, voluntates duas, atque operationes duas Domino *Christo* esse, ac personam unam, & qui his contradixerit anathematizamus. Credimus etiam illud quod asseruerunt Episcopi sexcenti triginta qui in urbe *Chalcedonensi* convenerunt, & anathemate devovemus illos qui illud anathemate devovent. Atque illud quod de charta comburenda, in qua calumniæ essent in *Leonem* Patriarcham *Romanum* sanctum, & in concilium *Chalcedonense*, ratum habuimus, ipsámque igni tradidimus. Nos autem doctrinã tuam, quæ doctrina vera est, firmiter retinemus: rogamúsque ut nobis pacem preceris, atque

que ab omnibus malis incolumes servemur. *Barsika* igitur acceptis Imperatoris *Constantini* literis, cum iis profectus est ad *Iohannem* Patriarcham *Romanum*, ad cujus literas responsum continebant. At cùm *Romam* appelleret invenit *Iohannem* Patriarcham mortuum esse. Post quem sedit vir quidam egregius nomine *Theodorus*, ad quem accedens *Barsika*, certiorem eum fecit quid ipsi dixisset Imperator, quámque Orthodoxus esset; unáque ipsi literas tradidit Imperatoris *Constantini* ad Epistolam *Iohannis*, quam ad Imperatores scripserat, responsorias: quas acceptas legit *Theodorus* Patriarcha, & Orthodoxiam ipsius miratus responsum ad ipsas hoc modo scripsit. *Ad Constantinum* Imperatorem fidei sinceræ [Professorem] unicum: à *Theodoro* Patriarchâ *Romano*. Gratificatus est nobis Dominus Deus Omnipotens, qui Ecclesiam suam moderamine misericordiæ suæ respicit in pietate tua; deditque nobis locum te alloquendi cum gaudio & hilaritate, quò gratiam hanc palàm faciamus. Vos siquidem potestatem vestram accepistis vice Apostolorum sanctorum ut fidem Orthodoxam propugnetis, & Religionem veram manifestetis: non ut *Heraclius*, qui ob infidelitatem suam quódque veritatem deseruerit, dignus non est qui Rex appelletur; nec ut *Sergius*, *Honorius*, *Paulus*, & *Petrus* Patriarchæ *Constantinopolitani*,

والحفظ من جميع الافات وان برسيقا قبل صحيفة
الملك قسطنطين وتوجه بها الي يوحنا بطريرك رومية
جواب صحيفته فلما انتها الي رومية وجد يوحنا
البطريرك قد توفي وجلس من بعده رجل فاضل
يسمي ثاوورس فتقدم برسيقا فاعلمه بقبول الملك
له وحسن امانته ودفع اليه صحيفة قسطنطين الملك
جواب صحيفة يوحنا التي كتبها الي الملكين
فقبلها ثاودورس البطريرك وقراها وعجب من
حسن امانة الملك وكتب جوابها هكذا الي
قسطنطين الملك المتوحد بالايمان النقي من
ثاودورس بطريرك رومية ان قد وهب لنا الاله القادر
علي كل شي الناظر الي كنيسته بعد نظر رحمته
في شان حسن عبادتك واعطانا نحن موضع ان
نرفع الملك بسرور ونشاط لنكشف هذا العهد لانكم
قد سلمتم سلطانكم موضع الصالحين
القديسين لتذبوا عن الامانة المستقيمة
وتوضحوا الدين الصحيح ليس مثل هرقل الذي
ليس باهل ان يدعوا ملكا لكفره وخروجه
عن الحق وسرجس واذوريوس وبولس وبطرس بطاركة
قسطنطينية

قسطنطينية المخالفين الحق الذين استوجبوا اللعن
واستحقوا ان يطرحوا من رتبة الكنيسة لفساد
مقالتهم وما طرحوا في الناس من الشكوك فاما انت
ايها الملك الفاضل فاعلم ان الامانة الحق الارثدكسية
هي ثمرة الفردوس وعليك ايها الملك الفاضل ان تذب عنها
وتقاتل عليها وتوضحها للناس وتسل سيدنا المسيح
العون لك في ذلك بجوده وختم ثاوذورس البطريرك
الصحيفة وبعث بها الي قسطنطين الملك جوابا
لصحيفته التي بعث بها الي يوحنا بطريرك رومية فلما
قدمت الصحيفة علي قسطنطين حزن علي وفاة يوحنا
وفتح الصحيفة وعجب من حسن جواب ثاوذورس
البطريرك عن يوحنا المتوفي قبله وامر بكتب
جوابها فلما قدم رسول الملك الي رومية وجد ثاوذورس
قد توفي ورتب بعده مرطينوس علي رومية وفي ايام
عثمان ابن عفان وجه قسطنطين الملك بخادم يقال
له مانويل الخصي مع جيش عظيم في البحر
واخذ الاسكندرية وكان عمر ابن العاص بمصر
فخرج اليه عمر ابن العاص واهل مصر معه من القبط وغيرهم
والمقوقس

nopolitani, qui veritati contradixerunt, atque anathemate digni sunt, quíque de Ecclesiæ gradu dejiciantur ob sententiarum suarum falsitatem, eósque quos in hominum [animas] injecerunt scrupulos. Tu autem, præstantissime Rex, scias fidem veram orthodoxam, fructum esse Paradisi, tibíque incumbere ut ipsam tuearis ac propugnes, eâmque hominibus notam facias. *Christum* autem Dominum precamur ut tibi in hoc pro bonitate suâ auxilium ferat. Epistolam hanc obsignatam misit *Theodorus* Patriarcha ad *Constantinum* Imperatorem, ad literas quas ad *Iohannem* Patriarcham *Romanum* miserat, responsum. Quæ ubi ad *Constantinum* pervenit dolore affectus est ob *Iohannis* mortem, apertis autem literis mirè placuit ipsi bonitas responsi quod ipsi reddiderat *Theodorus* Patriarcha vice *Iohannis*, qui ante ipsum decesserat; jussítque scribi responsum. At cùm *Romam* perveniret nuntius Imperatoris, *Theodorum* etiam mortuum invenit, post quem *Romæ* præfectus est *Martius*. Porrò tempore *Othmani Ebn Affani* misit *Constantinus* Imperator servum quendam nomine *Manuelem,* Eunuchum, cum exercitu ingenti per mare, qui *Alexandriam* cepit. Fuítque eo tempore in *Ægypto Amrus Ebnol Asi*. Contra ipsum ergò profectus *Amrus* unà cum *Mesri* incolis *Kophtitis* aliísque, comitante

etiam *Almokaukaso* qui ipsos opibus, hospitio, & viatico instruxit, pugnâ ipsos gravi excepit ad portam *Alexandriæ*; quæ & per dies aliquot continuata est; dein in fugam conversus est *Manuel* Eunuchus cum omnibus qui cum ipso fuerant *Romanis*, qui conscensis navibus *Constantinopolim* reversi sunt. Diebus etiam *Othmani Ebn Affani* captæ sunt *Africa, Armenia*, & *Chorasan*. Præfuit *Damasco*, nomine *Othmanis*, *Moawias Ebn Abi Sofyan*. *Maowaias* iste cum *Cypri* incolis fœdus pepigit anno *Hejræ* vicesimo octavo, idque anno Chalifatûs *Othmani* quarto, tributo aureorum septies mille ducentorũ quotannis ab ipsis in perpetuum *Mosleminis* pendendo, ac tanto etiam *Romanorum* Imperatori. Porrò collegit *Othman* Alkoranum, longa longis, brevia brevibus componens: atque hoc libris septem fecit, abolitis cæteris, anno *Hejræ* tricesimo secundo. Dein discordantibus cum ipso hominibus interfectus est *Othman, Ebn Affani*. Interfecerunt ipsum *Mohommed Ebn Abi Becri*, *Ammar Ebn Yaseri*, & *Canana Ebn Bashari*, die *Dil Hajjæ* octavo; (vel secundùm aliud exemplar, decimo octavo;) anno *Hejræ* tricesimo quinto, ar nostum natum octoginta duos: per triduum insepultus mansit. Fuit [staturæ] quadratæ, facie pulchrâ, fuscus, barbâ amplâ quam plicabat, dentes auro constringebat. Plurimum cum eo potuit

Merwan

والمقوقس معهم يحمل لهم الاموال والانزال والميرة فقاتلوهم علي باب الاسكندرية قتالا شديدا واقاموا علي ذلك اياما ثم انهزم مانويل الخصي وكل من معه من الروم ودخلوا المراكب ورجعوا الي القسطنطينية وفي ايام عثمان ابن عفان فتحت افريقية وارمينية وخراسان وكان معاوية ابن ابي سفيان علي دمشق من قبل عثمان ابن عفان وصالح معاوية اهل قبرص في سنة ثمانية وعشرين من الهجرة وذلك في السنة الرابعة من خلافة عثمان ابن عفان علي جزية سبعة الاف دينار ومايتي دينار يودوها الي المسلمين ابدا في كل سنة والي ملك الروم مثلها وجمع عثمان القران وصير الطوال مع الطوال والقصار مع القصار وصير ذلك في سبع مصاحف وابطل ساير المصاحف في سنة اثنين وثلاثين من الهجرة واختلف الناس علي عثمان ابن عفان فقتل والذي قتله محمد ابن ابي بكر وعمار ابن ياسر وكنانة ابن بشر لثمان ليالي خلت من ذي الحجة وفي نسخة اخري يقول لثمانية عشر ليلة خلت من ذي الحجة سنة خمسة وثلاثين من الهجرة وهو ابن اثنين وثمانين سنة وبقي ثلثة ايام قبل ان يدفن وكان مربوع حسن الوجه اسمر وافر اللحية يظفر لحيته مشده

مشدد الاسنان بالذهب وكان الغالب عليه مروان ابن
الحكم ودفن بالمدينة بموضع يعرف بحش كوكب
وكان صاحب شرطته عبد الله ابن فهد العدوي
وحاجبه حمران مولاه ؞

خلافة علي ابن ابي طالب

واستخلف بعد عثمان علي ابن ابي طالب ابن
هاشم ابن عبد مناف وامه فاطمة ابنة اسد ابن هاشم ابن
عبد مناف في ذي الحجة سنة خمسة وثلثين من الهجرة
وذلك في السنة الرابعة من ملك قسطنطين ابن قسطنطين
ثم سار الي البصرة فكانت وقعة الجمل ثم سار الي
الكوفة وخرج الي الشام فكانت وقعة صفين ورجع
فكانت وقعة الحرورية بالنهروان ورجع الي الكوفة
فقتله عبد الرحمن ابن ملجم المرادي اول العشر الاخر من
شهر رمضان سنة اربعين من الهجرة وقتل وهو ابن ثلاثة
وستين سنة وصلي عليه ابنه الحسن وكانت خلافته
اربع سنين وعشرة اشهر وكان اسمر كبير البطن وافر
اللحية قد ملأت لحيته صدره ولا يغير شيبته ودفن بالغريين
وقالوا قوم بالثوية وقد اختلف في موضع دفنه
وكان

Merwan Ebn Hacem; ſepultus eſt *Medinæ* loco dicto *Iaſar Caucab* [pons ſtellæ:] Satellitum princeps ipſi fuit *Abdallah Ebn Phahd Adawenſis*. Janitor, *Hamdanus* ipſius ſervus.

Chaliſatus *Alis Ebn Abi Talebi.*

Chaliſatum poſt *Othmanum* obtinuit *Ali Ebn Abi Talebi*, (*Ebn AbdilMotallabi*, *Ebn Haſhemi*, *Ebn AbdilManaphi*; cui mater *Phatemah* filia *Aſadi*, *Ebn Haſhemi*, *Ebn AbdilManaphi*,) menſe *Dil'Hajjæ* anni *Hejræ* triceſimi quinti, idque anno Imperii *Conſtantini* filii *Conſtantini* quarto. Profecto eo *Baſram* fuit *prælium Cameli*; deinde cùm *Cuſam* petens in *Syriam* tenderet commiſſum eſt prælium *Chorusienſe* in *Nahrawan*. Dein *Cuſam* rediit, ubi ipſum interfecit *Abdorrahman Ebn Melhami Almazadienſis*, decem ante finitum menſem *Ramadanum* diebus, anno *Hejræ* quadrageſimo. Erat cùm occideretur annorum ſexaginta trium. Oravit pro ipſo filius ipſius *Haſan*. Fuit Chaliſatus ipſius annorum quatuor & decem menſium. Fuſcus fuit, ventre prominēte, barbâ promiſſâ adeò ut totum ipſi pectus operiret. Canitiem ſuam non mutabat. Sepultus eſt in *Garriyan*, vel ſecundùm nonnullos in *Thawiah*. Controverſum enim eſt de loco ſepulturæ ipſius. Satellitum ipſi præfectus

ctus fuit *Maaka* Ebn *Kisi AlZabajensis*. Ianitor, *Kanbar* servus ipsius.

Chalifatus *Moawiæ* Ebn *Abi Sofyan*.

Profectus *Moawias* Ebn *Abi Sofyan Damasco* E*rakum*, ibi præstitis juramentis *Chalifa* renunciatus est. nomen ipsi fuit *Sachr* Ebn *Harbi*, Ebn *Abdi Shemsi*; mater ipsius *Henda* filia *Atbæ* Ebn *Rabiæ*, Ebn *AbdShamsi*. Inauguratus est mense *Rabiæ* prioris, anno *Hejræ* quadragesimo primo, qui fuit Imperii *Constantini* f. *Constantini* Imperatoris *Romanorum* decimus; præfuit annos novendecim & quinque menses. Anno Chalifatûs ejus secundo constitutus est *Georgius* Patriarcha *Constantinopolitanus*: qui annos decem sedit, dein mortuus est. Ejus præfecturæ anno secundo fuit Concilium sextum, fuitque tum *Romæ* Patriarcha *Martinus*. Occidentis autem præfectus nomine *Constantini* Imperatoris erat quidam nomine *Constans*, qui cùm *Maronita* esset, *Martinum* Patriarcham *Romanum* jussit eandem profiteri sententiam, cúmque nollet, ipsum ad urbem quandam longinquam relegavit. Erat autem tunc temporis Monachus quidam Sanctus nomine *Maximus*, cui duo erant discipuli. Hic ad *Constantem* præfectum accedens ipsum ob sententiæ suæ & cultûs pravitatem

وكان صاحب شرطته معقل ابن قيس الرياحي وحاجبه قنبر مولاه

خلافة معاوية ابن ابي سفيان

ورحف معاوية ابن ابي سفيان من الشام الي العراق وبويع له بالخلافة واسمه صخر ابن حرب ابن امية ابن عبد شمس وام معاوية هندا بنت عتبة ابن ربيعة ابن عبد شمس وكانت البيعة له في ربيع الاول سنة احدى واربعين من الهجرة وذلك في عشر سنين من ملك قسطنطين ابن قسطنطين ملك الروم فولي تسعة عشر سنة وتسعة اشهر وفي سنتين من ولاية سفر جرجيوس بطريركا علي القسطنطينية اقام عشر سنين ومات وفي سنتين من رياسته كان المجمع السادس وكان البطريرك برومية مرتينوس وكان الوالي علي المغرب من قبل قسطنطين الملك رجل يقال له قسطا وكان مارونيا فاخذ بطريرك رومية بان يقول بمقالته فامتنع من ذلك فنفاه الي مدينة بعيدة وكان يومين هناك رجل راهب قديس يقال له مقسيموس وكان له تلميذان فجا الي قسطا الوالي فوبخه علي سماجة قوله وعبادته وقبح امانيته

وشدة

وشنع بكفره فامر قسطا بمكسيموس فقطعت يداه ورجلاه
ونزع لسانه ونفاه الي موضع بعيد وامر باخذ تلميذيه
ففعل به كذلك والتلميذ الاخر ضرب بالسياط ونفا كل
واحد منهما بعيد من الاخر فلما فعل قسطا بمرتينوس
البطريرك وبمكسيموس وتلميذيه ما فعل ركب
علي رومية بطرك رجل فاضل يقال له ديونسيوس
فلما بلغ قسطنطين الملك المومن وفاة مارتينوس
بطريرك رومية وما فعل قسطا بالبطرك مرتينوس
ومكسيموس الراهب وتلميذيه وبولاية ديونسيوس بطرك
رومية انكر ذلك وبعث اليه صحيفة وجعل
معها بنقله في الصحيفة ان يوجه اليه من الافاضل
من في مدينته من الاساقفة واوثق له
عهدا انه لا يحدث شيا ولكن لكيما يعرف
قسطنطين سبب هذه الحجة التي لسببها
لراي الكنيسة ومن الذي كان ابتداوها
لكيما يطرح جميع الاباء القديسين علي من
استحق اللعنة فقدم رسول الملك الي رومية
فوجد ديونسيوس قد توفي ورد بعده اغابيوس
بطريرك علي رومية فدفع الصحيفة
الي

tatem, heterodoxiam atq; gravem infidelitatem redarguit. Iussit ergò *Constans Maximo* manus ac pedes amputari, linguámque extrahi, atque ipsum in locum longinquum ablegavit. Iussit etiam discipulorum ipsius alterum prehendi, idémque ipsi fieri: alter flagris cæsus est: dein utrumque in locum ab altero longè remotum expulit. Cúmque *Martino* Patriarchæ, ac *Maximo* discipulísque ipsius duobus hoc fecisset *Constans*, *Romæ* Patriarcham constituit virum quendam eximium nomine *Diyanum*. Cùm autem certior factus esset *Constantinus* Imperator fidelis, de obitu *Theodori* Patriarchæ *Romani*, quídque fecisset *Constans Martino* Patriarchæ *Maximóque* monacho & ipsius discipulis, constitutúmque esse *Diyanum* Patriarcham *Romanum*, ægrè hæc tulit, scripsítque ad ipsum literas cum diplomate, rogans ut è præstantissimis, qui ad altare ipsius [communicarent,] Episcopis ad ipsum mitteret, fidem ipsi faciens ne timeret quicquam, verùm [esse hoc] quò sciret *Constantinus* causā prætextus istius sententiæ quæ Ecclesiæ contraria esset, & quis initiū ipsi dederat, ut in concilio Patrum sanctorum anathema diceretur in illum qui eo dignus esset. Perveniens autem legatus Imperatoris *Romam*, *Diyanum* obiisse reperit. Et Patriarcham post ipsum *Romæ* constitutū esse *Agabium*: cui cùm literas tradidisset,

ille quotquot aderant Episcopos convocavit, qui numero erant centum viginti quatuor, cum tribus Diaconis, ex iis qui ad altare ipsius communicarēt, eósque unà cum legatis Imperatoris misit. Cùm ergò *Constantinopolim* pervenissent Episcopi, ad *Constantinum* Imperatorem ingressi, ipsi salutem ac benedictionem comprecati sunt. *Constantinus* autem Imperator Episcopos centum sexaginta octo convocavit, ita ut jam numero essent ducenti nonaginta duo, at rejectis tribus Diaconis, qui ab *Agabio* Patriarchâ *Romano* missi fuerant, manserunt Episcopi ducenti octoginta novem: atque ita in diptycho recensentur. Bonitate ergò auxilii Divini, ac mansuetudinis *Constantini* Imperatoris fidelis præstantiâ, peractum est hoc negotium quo in unius voluntatis assertores statutum est, quos anathemate percusserunt: fuitque hujus Concilii sexti præses *Georgius* Patriarcha *Constantinopolitanus*, & *Theophanes* Patriarcha *Antiochenus*: utpote qui in ipso hoc Concilio Patriarcha renuntiatus est, cùm *Macarius*, qui ante ipsum fuit, in eo anathemate percussus est. *Alexandriæ* autem & *Hierosolymis* Patriarcha tunc temporis non fuit, utrâque sede vacante. Anathema ergò dixerunt in *Macarium*, *Macedonium* & *Georgium*, Patriarchas *Antiochenos*, *Stephanúmque Macarii* discipulum, Nec nō *Cyrum*, & *Petrum*, Patriarchas *Alexandrinos*,

&

الي اغاثون البطرك فجمع اغاثون من حضره
من الاساقفة وكان عددهم ماية واربعة وعشرين
اسقف وثلاثة شمامسة من اهل رومية وجه بهم مع
رسل الملك فلما وصلوا الاساقفة الي القسطنطينية دخلوا
الي قسطنطين الملك وسلموا عليه وباركوه وجمع قسطنطين
ماية وثمانية وستين اسقف وكان جملتهم مايتين واثنين
وتسعين رجلا فاسقطوا الثلاثة الشمامسة المرسلين من
قبل اغاثون بطرك رومية فبقي مايتان وتسعة وثمانين
اسقف وكذلك يذكرون في بالي بيتهم فبحسن
معونة الله وشرف جد قسطنطين الملك المومن بقمع
هذه القضية التي تعدت علي اصحاب المشية الواحدة
وثبتوا اللعنة عليهم وكان رئيس هذا المجمع
السادس جرجيوس بطربرك القسطنطينية وثاوفانس
بطربرك انطاكية لانه في ذلك المجمع صير بطرك لان
مكاريوس الذي كان قبله لعن في هذا
المجمع فاما الاسكندرية وبيت المقدس فلم يكن فيهما في
ذلك الوقت بطريرك وكان الكرسيين خاليين فلعنوا
مكاريوس وسرجيوس وجرجيج بطاركة انطاكية واصطفان
تلميذ مقاريوس ولعنوا كورش وبطرس بطاركة الاسكندرية
ولعنوا

ولعنوا اوريدوس بطريرك رومية ولعنوا مرجدوس وكونرس
وبولص وبطرس بطاركة القسطنطينية ولعنوا ثاودورس
اسقف فاران ويلوخرونيوس الذي سمي سمعون
الساحر لانه كان قسيسا سريانيا مخالفا فادعي
يزعم ان للمسيح ترايا له في النوم فاخبره ان هولاي
اصحاب المشية الواحدة علي راي الحق فقدم الي
القسطنطينية بعدما نفذت علي المخالفين القضية
فاخبر بهذا والتمس ان يقوم بحجة لاصحاب المشية
الواحدة فلعنوه مع اصحابه وطرحوا ارايه الكاذبة
وسمعة الجماعة سمعون الساحر فلما فرغوا من
لعن اصحاب المشية الواحدة جلسوا افصحوا الامانة
المستقيمة الارثدكسية النقية التي بلا عيب وقالوا
اننا نومن بان الواحد من الثالوث الابن الوحيد
الذي هو الكلمة الازلية الدايم المساوي مع
الاب الاله في قنوم واحد ووجه واحد يعرف تاما
بناسوته تاما بلاهوته في الجوهر الذي هو ربنا يسوع
المسيح بطبيعتين تامتين وفعلين ومشيتين في قنوم
واحد وشهدوا كما شهد جميع الخليقة وفي ان
الاله الابن في اخر الازمان اتخذ من العذري السيدة
مرتمريم

& *Honorium* Patriarcham *Romanum*, *Theodorúmque Paulum*, & *Petrum* Patriarchas *Constantinopolitanos*: quinetiam in *Theodorum*, *Parani* Episcopum, & *Ilochronium* qui *Simon magus* cognominatus est. Fuit hic siquidem Sacerdos *Syrus* Heterodoxus, qui autumavit *Christum* ipsi in somno apparentẽ indicâsse, istorum qui unam voluntatẽ assererentẽ, verã esse sententiã. *Constantinopolim* ergo accedens postquam contra Heterodoxos statutum esset decretum, hæc narrans conatus est tueri sententiam *Monothelitarum*; quare ipsum anathemate devoverunt unà cum sociis ipsius, & sententiam ejus falsam rejecerunt, appellarúntque ipsum homines *Simonem Magum*. Cúmque jam anathemate *Monothelitas* feriendi finem fecissent, consederunt, ut fidei Symbolum rectum, Orthodoxum, sincerum, inculpatũ, ipsi componerent; dixerúntque, Credimus unam è [personis] Trinitatis esse filium unicũ, qui est Verbum antiquum, æternum, patri æqualis, Deus in persona una & hypostasi una; qui agnoscitur perfectus esse quod ad humanitatem suam, & perfectus quod ad divinitatem, in eâ substantiâ quæ est Dominus noster *Iesus Christus*, duas habens naturas perfectas, duas operationes, & duas voluntates in persona una. Idémque professi sunt cum Concilio *Chalcedonensi*, viz: Deum filium ultimis temporibus assumsisse ex virgine, Domina

Maria

Mariâ Sanctâ corpus humanum cum animâ rationali, intellectivâ: ídque ex misericordiâ Dei in homines propitii: neque hoc pacto contigisse ipsi confusionem, nec corruptionem, nec separationem, nec divisionem; sed esse ipsum unum, faciens, quæ hominem facere decet in naturâ ipsius, & quæ Deum facere decet in natura ipsius; qui est filius unicus, Verbum sempiternum, incorporatum, quod reverâ factum est caro; sicut dicit Evangelium Sanctum; ita interim ut non recedat à gloriâ suâ æternâ, neque ipsam mutet, verùm sit cum duabus operationibus, duabus voluntatibus, & duabus naturis, Deus & homo, quibus perficitur sermo verus: & utramque naturam operari cum communione alterius, duabus voluntatibus minimè inter se contrariis, aut pugnantibus, alterâ aliud amplectente; verùm manere voluntatem humanam in voluntate divinâ omnipotente. Quòd nisi verbum Dei, cùm descenderet, assumpsisset hominem undíque perfectum, fuisset salus nostra imago & phantasia. Quomodo autem conveniret beneficentiam præstanti, qui est Medicus sapiens, revera sanitatem dans, (secundùm illud quod dicit *Malachias* Propheta, orietur Sol justitiæ, cujus nomen timebunt, qui sanabit ipsos, gestabítque ipsos alis suis,) illud assumere in quo creaturæ antiqui-

tus

مريم القديسة جسدا ادماديا بنفس ناطقة عقلية
وذلك برحة الله محب البشر ولم يلحقه ذلك اختلاط
ولا ذهاب ولا فرقة ولا فصل ولكن هو واحد يعمل ما
يشبه الاثنين ان يعمله في طبيعته وما يشبه
الاله ان يعمله في طبيعته الذي هو الابن الوحيد
الكلمة الازلية المتجسدة التي صارت بالحقيقة
لهيا كما يقول الانجيل المقدس من غير
ان تنتقل من مجدها الازلي وليس بمتغيرة
لكنها بفعلين ومشيئتين وطبيعتين الاه وانسان
الذي بهما يكمل قولة الحق وكل واحدة
من الطبيعتين تعمل مع شركة صاحبتها بمشيئتين
غير متضادتين ولا متضارعتين ليس لبعضهم بعض ولكن
تبقا المشية الانسية في المشية الالهية القادرة علي كل شي
ولولا ان كلمة الله حيث نزلت اخذت الانسان
غير ناقص لكان خلاصنا انا شبها وخيالا وكيف
يستقيم لصانع الفضل الذي هو الطبيب الحكيم
الشافي بالحقيقة كما يقول ملاخيا النبي
انه يشرق شمس العدل للذين يخافون اسمه
وشفاهم وحملهم علي جناحيه ان ياخذ هذا الذي
كان

كانت فيه عزيمة المخلوق ابديا ان تكون
الخطية الاولي في الانسان باستطاعته ومشيته وسلطانه
فكيف لا يكون بالاضطرار ان اورانا السيد الذي
بمسرة الاب الابن الذي هو الحر وحده غير عبد ولكن عبد
ذاته لاجل خلاصنا واعطانا الغلبة علي الذين يتكلمون
ويقولون ان ادم بالاضطرار اخطا وكانت خطيته من
غير مشيته ولم يكن في خلقته استطاعة حرية يحفظ بها
سقطته ويلزمون في قولهم هذا الخالق العيب والنقص
تعالي الله عن ذلك علوا كبيرا ويعذرون ادم في خطاه
واصحاب هذا الراي خاصة وكل من يوافقهم فانه
بقدر قولهم هذا يلزم كل جنس الناس الخطا بالاضطرار
ونحن نقول ان ادم كان قادرا ان يحفظ وصية خالقه
وكان ايضا قادرا ان يرد مشورة الامراة لكنه لم يشا
ذلك بل قبل الطعام من الشجرة ومن يد الامراة
كما قبلت ايضا الامراة مشورة الحية ليس باضطرار
الطبيعة لكن باسترخا العقل وهو المشية من
المخلوقين بديا اعني ادم وحوا الذين قبلوا امنية
الضربة الموجعة اخذوا به ايضا الشفا لان ربنا يسوع المسيح
لاخذ امراضنا واوجاعنا كما قال اشعيا النبي رايناه
فلم

tus noxa fuit, ut esset peccatum primum in homine penès arbitrium, voluntatem, & potestatem suam. Ac quomodo non esset hoc necessarium, cùm docuerit nos Dominus, qui est in sinu patris, filius qui solus est liber, non servus, verùm seipsum servum fecit propter salutem nostram, dederitque nobis victoriam in illos qui loquentes dicant *Adamum* necessariò peccâsse, ac fuisse peccatum absq; voluntate ipsius, neque fuisse in natura ipsius potestatem liberam, quâ à lapsu cavere posset. Quo ipsorum dicto crimen & defectum impingunt Creatori, qui longè suprà hæc est, atque *Adamum* in peccando excusant. Jam verò vi sententiæ eorum præcipuè qui hoc asserunt, omniúmque qui iis assensum prebent, necessariò competit peccatū toti hominum generi. Nos autem dicimus in potestate *Adami* fuisse ut Creatoris mandatum servaret, nec non ut consilium mulieris rejiceret; verùm non ita voluisse, sed cibum ex arbore & è manu mulieris accepisse: quemadmodum & mulier consilium serpentis secuta est, non necessitate naturæ, sed imbecillitate intellectûs: fuitque hoc primâ voluntate creaturarum viz. *Adami* & *Evæ*, unde acceperunt plagam dolorificam, atque unde etiam medelam. Siquidem Dominus noster *Iesus Christus* morbos nostros & dolores nostros suscepit, sicut dixit *Isaias* propheta, Aspeximus eum nec

fuit ipsi species, nec pulchritudo, fuítque contemptibilis, cujus nulla habita est ratio. Ipse est qui portavit morbos nostros, & dolores nostros suscepit; cujus vulnere omnes sanati sumus. Fuit enim ut ovis quæ ducta est ad mactationem, & ut agnus qui coram tondente ipsum tacebat, ita nec os aperuit. In humiliatione ipsius sublatum est judicium ejus. Iàm verò intelligant filii Ecclesiæ Dei piè [ipsum] colentes, *Iesu Christo* Domino & Deo nostro esse duas naturas perfectas, duas voluntates, & duas operationes reverà, personam autem unam. Hoc est testimonium & fides Concilii sexti sancti. Confirmârunt etiam quod confirmaverunt quinque concilia sancta priora; & anathemate devoverunt qui illud anathematizaret, & rejecerunt qui ipsum rejiceret. Quinetiam fidem *Sofronii* Patriarchæ *Hierosolymitani* in medium prolatam receperunt, & confirmârunt. Peracta sunt autem hæc negotia auxiliante Deo, & præsente *Constantino* Imperatore fideli; cui bene precati reversi sunt ad loca sua; ídque Imperii *Constantini* anno decimo tertio; Chalifatûs *Moawiæ Ebn Abi Sofiani* quarto. A Concilio autem quinto Episcopum centum sexaginta quatuor, qui *Constantinopoli* convenerunt tempore *Iustiniani* Imperatoris *Romanorum*, ad sextum hoc ducentorum octoginta novem Episcoporum, qui ibidem convenerunt tempore

Con-

فلم يكن له منظرا ولا جمالا وكان حقيرا لا يعد هو
الذي احتمل امراضنا واخذ اوجاعنا الذي بجراحه
كلنا شفينا لانه كالشاة سيق الي الذبح وكالخروف
امام الجزار كان هادئا هكذا لا يفتح فاه بتواضعه
ارتفعت حكومته والان فليفهموا ابنا كنيسة الله
بحسن العبادة ان يسوع المسيح ربنا والاهنا ذو طبيعتين
تامتين ومشيتين وفعلين بحقيقتهما اقنوم واحد هذه
شهادة وامانة المجمع السادس المقدس وتبعوا ما تبعوه
الخمسة المجامع المقدسة التي كانت قبلهم ولعنوا من
لعنوه وطرحوا من طرحوه واخرجوا امانة صفرونيوس
بطريرك بيت المقدس وقبلوها واتبعوها وكملت هذه
الامور بمعونة الله وبمحضر قسطنطين الملك المؤمن
ودعوا له وانصرفوا الي مواضعهم وذلك في ثلثة عشر
سنة من ملك قسطنطين وفي اربع سنين من خلافة
معاوية ابن ابي سفيان فمن المجمع الخامس
المائة والاربعة والستون اسقف الذين اجتمعوا
في القسطنطينية في زمان يوسطنيانوس ملك
الروم الي هذا المجمع السادس المائتين وتسعة
وثمانون اسقفا الذين اجتمعوا بالقسطنطينية
في

في زمان قسطنطين ملك الروم ماية سنة ولما تمت هذه
القضية في زمان اغابيوس بطريرك رومية القديس
صاروا اهل الشام ومصر من ذلك الوقت يذكرون
في الذبتيخة اسم اغابيوس بطريرك رومية الى
زماننا هذا ومات قسطنطين الملك المومن وله في
الملك ستة عشر سنة وملك بعده ابنه يوسطنيانوس
على الروم اثني عشر سنة وذلك في ثمان سنين من
خلافة معاوية ابن ابي سفيان وصاروا الى
يوسطينيانوس الملك على الروم فقالوا له ان
قوما من القسطنطينية يعيبون المجمع السادس
الذي كان في زمان ابيك قسطنطين
ويقولون ان اجتماعهم كان على الباطل
فبعث يوسطينيانوس الملك فجمع ماية وثلثين اسقف
فثبتوا قول المجمع السادس ولعنوا من يعيبهم
ويخالفهم وثبتوا قول المجامع الخمسة الاولى
ولعنوا من لعنوهم وانصرفوا وفي سبع سنين من خلافة
معاوية صير يوحنا بطريركا على بيت المقدس اقام
اربعين سنة ومات وقد كان كرسي بيت المقدس بقي
بغير بطرك بعد موت صفرونيوس الى ان صير يوحنا
بطرك

Constantini Imperatoris, centum sunt anni. Cùmque peractum fuerit hoc negotium, tempore *Agabii* Patriarchæ *Romani* sancti, mentionem fecerunt *Damasci* & *Ægypti* incolæ nominis *Agabii* Patriarchæ *Romani* in Dyptycho, ab eo ad hoc usque tempus. Mortuus est autem *Constantinus* Imperator fidelis postquam sexdecim annos regno potitus esset; regnavítque post ipsum in *Romanos* filius ipsius *Iustinianus* annos duodecim: idque anno Chalifatûs *Maawiæ Ebn Abi Sofyan* octavo. Accedentes autem quidam ad *Iustinianum* Imperatorem *Romanum* dixerunt, Sunt è *Constantinopolitanis* quidam qui Concilium sextũ, quod fuit tempore patris tui *Constantini*, vitupe-rent, ad falsum (confirmandum) convenisse eos asserentes. Mittens, ergò, *Iustinianus* Imperator, Episcopos centum triginta convocavit, qui Concilii sexti sententiam confirmârunt, & diris eos devoverunt, qui ipsi maledicerent, vel contradicerent; nec non sententiam quinque Conciliorum priorum confirmârunt, & in eos qui ea anathematizarent, anathema dixerunt, dein reversi sunt.

Porrò anno Chalifatûs *Moawiæ* septimo constitutus est *Iohannes* Patriarcha *Hierosolymitanus*, qui annos quadraginta sedit, dein mortuus est. Manserat autem sedes *Hierosolymitana* post mortem *Sophronii* usque dum sufficeretur *Iohannes* sine Patri-

archa

من بعض فقال بعضهم من سجد للصورة فقد كفر
وقال اخرون من لم يسجد للصورة قد كفر فسمع
بذلك صفرونيوس بطريرك الاسكندرية فكتب
مصحفا يثبت فيه السجود للصور واحتج فيه بان
قال ان الله جل ثناوه وتقدست اسماوه امر موسي ان
يصور في قبة الزمان صورة الشاروبيم من ذهب وينصبها
داخل الهيكل واحتج وقال وسليمان ابن داود لما عمل
للهيكل

invenit æditũum, facto in pariete, à tergo imaginis, foramine quod uſque ad ubera pertingeret, eíque tubulo plumbeo tenui ac gracili immiſſo, locum luto ac calce ne appareret obduxiſſe, cúmque adeſſet feſtum Sanctæ *Mariæ*, foramini iſti lac infundere ſolitum, cujus guttula è mamma imaginis deſtillaret: quare peregrinationes ad eccleſiam iſtam inſtituentibus hominibus, multum pecuniæ lucratus eſt hac de cauſa Ædituus. Mittens ergô *Theophilus* Imperator imagine iſtâ dirutâ locum refecit, juſsítque nullas omnino in Eccleſiis imagines retineri. Ædituum autem Eccleſiæ iſtius capite truncavit & ex eccleſiis imagines ſuſtulit, dicens, imagines inſtar idolorum eſſe; & qui imaginem coluerit, perinde eſſe ac ſi idola coleret. Hinc ortum eſt inter *Romanos* diſsidium in iis quæ ad imagines ſpectant, adeo ut alii alios infidelitatis damnarent; dicentibus aliis, Qui imaginem coluerit infidelitatis reus eſt; aliis, Qui eas nō coluerit, infidelis eſt. Quod cùm audiſſet *Sophronius* Patriarcha *Alexandrinus* orationem longam ſcripſit in qua imaginum cultum defendit, hoc in ea argumento uſus, dicens; Deus, cujus fama glorioſa, & nomen ſanctum, *Moſi* præcepit ut in tabernaculo temporis, imagines Cherubinorum aureas formaret, quas intra Sanctuarium ſtatueret, deinde, Quòd

Salomo Davidis filius cùm Templum extrueret in ipso imagines Cherubinorum aureas reposuerit. Dicens insuper, Cùm perlatæ fuerint à Rege literæ ad præfectum ipsius aliquem sigillo regio signatæ, dictúmque fuerit id scienti, Est hoc sigillum Regis: Hæ ipsius literæ: annon assurgens stabit donec literas manu acceptas osculatus fuerit, easdémque capiti & oculis suis admoverit? neque interim ideo assurgit aut literas osculatur, quòd chartam veneretur, aut ceram chartæ obductam, aut atramentum intra chartam, aut quòd literis assurgat eásque veneretur. Non, per vitam meam, ob rerũ istarum aliquã; verùm indè hoc est quòd Regem veneretur, ejúsque nomen; cùm ipsius sint literæ istæ. Hâc igitur ex parte decet nos imáginem istam deosculari ac venerari, non quod ita eam osculamur ac idòla coli soleant, verùm hoc fit quòd veneratione atque honore prosequimur nomen martyris istius, cujus imago coloribus istis depingitur. Atque hanc epistolam ad Regem *Theophilum* misit, quâ acceptâ lætatus est ille, atque ab eo quo imagines prosecutus erat odio conversus est. Fuit etiam *Abu Korra* inter eos qui imaginum cultum defenderunt, eáque de re librum scripsit, quem appellavit, Sermones de cultu imaginum. Obiit autem *Sophronius* Patriarcha *Alexandrinus* hydropisi affectus, (ob quam cùm

الهيكل وبناه جعل فيه صورة الشاروبيم من ذهب
وقال اذا ورد كتاب من الملك الي بعض عماله مختوم
بخاتم الملك وقيل للعامل هذا خاتم الملك وكتابه
اليس يقوم قايما حتي ياخذ الكتاب بيده ويقبله
ويضعه علي راسه وعينيه فليس قيامه وتقبيله للكتاب
تعظيما للقرطاس اوللطين المختوم علي القرطاس
اوللمداد الذي داخل القرطاس اوكان قيامه
وتعظيمه للكتاب لا لعمري ليس لواحد من هذه
الخصال انما هو تعظيما منه للملك ولاسم الملك
ان كان كتابه فقد وجب علينا من هذه الجهة
ان نقبل هذه الصورة ونسجد لها ان كان ليس
تقبيلنا لها وسجودنا كسجودنا للاصنام انما هو
تعظيما منا واكراما لاسم ذلك الشهيد الذي صورت
صورته تلك بتلك الاصباغ وادفع الكتاب الي دوفيل
الملك فقبله الملك وفرح به وانصرف عما كان عليه
من انكار الصور وكان ابو قرة ممن ثبت ايضا
السجود للصور ووضع في ذلك كتابا وسماه ميامر
السجود للصور ومات صفرونيوس بطريرك الاسكندرية
من الاستسقا عرض له وشرب لبن اللقاح ولم ينتفع
به

به في سنة ثلثة وثلثين ومايتين وصير بعده ميخايل
بطريركا علي الاسكندرية اقام اربعة وعشرين سنة وهو
من تني نكلم من اهل بورة وكانت خلافة المتوكل
اربعة عشر سنة وتسعة اشهر وتسعة ايام وفي عشر
سنين من خلافة المتوكل صير سلومن ابن زرقون
بطريركا علي بيت المقدس اقام خمس سنين ومات وقتل
المتوكل في قصره في المدينة التي احدثها وسماها
الجعفرية وكان قتله ليلة الثلثا خلون من
شوال سنة سبعة واربعين ومايتين وهو ابن اربعة
واربعين سنة ودفن بالجعفرية وكان المتوكل اسمر رقيق
البشرة يضرب لونه الي صفرة حسن الوجه خفيف
العارضين كبير العينين وكان علي شرطته اسحق
ابن ابراهيم وتوفي وصار محمد ابن اسحق وتوفي وقدم
محمد ابن عبد الله ابن طاهر من خراسان فتولي
الشرطة وكان حاجبه وصيف التركي وصير سعيد
ابن صالح بعده وبغا التركي وحاجبه للعامة يعقوب
ابن ابراهيم ثم قوصرة وعتاب ابن عتاب وكان الغالب
عليه الفتح ابن خاقان وعبيد الله ابن يحيي ابن
خاقان الكاتب

خلافة

cùm lac mandragoræ bibiſſet, nihil ei profuit) anno ducenteſimo triceſimo tertio, conſtituto poſt ipſum Patriarchâ *Alexandrino Michaele*, qui annos viginti quatuor ſedit. Fuit ille è filiis *Bacami*, *Burenſis*. Porrò fuit Chalifatus *AlMotawacceli* annorum quatuordecim, novem menſium, & novem dierum. Anno Chalifatus ejus decimo conſtitutus eſt *Salmun Zarkani* filius Patriarcha *Hieroſolymitanus*, ubi annos quinque ſedit, dein mortuus eſt. Interfectus eſt autem *AlMotawaccel* in palatio ſuo in urbe quam condiderat, *Allaaſariâ* appellatâ. Fuit cædes ipſius die *Martis* menſis *Shawali* tertio; anno ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo, cùm annorum eſſet quadraginta quatuor: ſepultúſqne eſt *Iaaſariæ*. Fuit fuſcus, colore ad flavedinem vergente, facie venuſtâ, myſtacibus raris, oculis grandioribus. Satellitum ipſius præfectus fuit *Iſaac Ebn Abrahim*; eóque mortuo accedens *Mohammed Ebn Abdollahi*, *Ebn Tdhaher*, è *Choraſano*, iiſdem præfectus eſt. Ianitor ipſius *Waſif Turca*; ac poſt ipſum *Said Ebn Saleh*; nec non *Bagaus Turca*. Ianitor ordinarius *Iacob Ebn Abrahim*; deinde *Kauſarah*, & *Atab Ebn Atab*. Plurimum apud eum poterat *AlPhatah Ebn Chakan*, & *Obaid Allah Ebn Yahyæ Ebn Chakan* Secretarius.

Chalifatus

Chalifatus *AlMontaseri Billahi.*

Inauguratus est *AlMontasar Billahi Mohammed Ebnol Motawacceli*, (cui mater fuit concubina, nomine *Habashiah*) eodem die quo occisus est *AlMotawaccel*: quinto postquam Chalifa renunciatus est die è *Iaafaria* se *Sarramanraiam* contulit. diruítque *Iaafariam* & *AlIausakum* deseruit. Fratres etiam suos *Abu Abdollahum AlMotaz billahi*, & *Abrahimum AlMoayad billahi* hæreditatis jure exuit, eâ de re literis passim in provincias missis. Fuit Chalifatus ipsius, anni, sex mensium, & trium dierum. Obiit annos natus viginti octo. Sepultúsque est *Sarramanraiæ*; sepulchrum ejus opere albario ornavit mater ipsius; quo non antea cuipiam Chalifarum sepulchrum obducta fuit. Fuit *AlMontaser* staturæ quadratæ, corpore decoro, fuscus, pinguis. Satellitum ipsius præfectus fuit *Mohammed Ebn Abdollah Ebn Tdhaher*. Ianitor *Abu Naser Turca*; nec non *Ahmed Ebn Chasab.*

Chalifatus *AlMostaini.*

Convenientes *Turcarum* Duces ad eligendum quem Chalifam renuntiarent, abnuerunt ex *AlMotawacceli* filiis cuipiã obsequium pacisci. Cecidit ergò

خلافة المنتصر بالله

وبويع المنتصر بالله محمد ابن المتوكل وامه ام ولد يقال لها حبشية في الليلة التي قتل فيها المتوكل وانتقل بعد ان استخلف بخمسة ايام من الجعفرية الي سر من راي واخرب الجعفرية وترك الجوسق وخلع اخوته ابا عبد الله المعتز بالله وابراهيم المويد بالله من ولاية العهد وكتب الي الافاق بذلك وكانت خلافته ستة وتسعة اشهر وثلثة ايام وتوفي وهو ابن ثمانية وعشرين سنة ودفن بسر من راي وشهدت امه قبره ولم تشهد قبر خليفة قبله وكان المنتصر مربوعا حسن الجسم اسمر مهيبا وكان علي شرطته محمد ابن عبد الله ابن طاهر وحاجبه ابو ناصر التركي واحمد ابن الخصيب

خلافة المستعين

فاجتمع قواد الاتراك علي اختيار من يبايعون له بالخلافة وكرهوا ان يبايعوا لولد المتوكل ووقع اختيارهم

اختيارهم على احمد ابن محمد المعتصم وامه ام ولد
يقال لها مخارق فبايعوه بالخلافة وسموه المستعين بالله
واتصل شغب الجند واضطراب الموالي فهرب المستعين
في حراقة ومعه وصيف وبغا التركيين الى بغداد
وجلس الموالي والجند الذين بسرمن راي اباعبد الله
ابن المعتز ابن المتوكل وامه ام ولد يقال لها
قبيحة فبايعوا له بالخلافة في مستهل المحرم
سنة احد وخمسين ومايتين وكانت الفتنة
والحرب بين اصحاب المستعين والمعتز وابي
احمد ابن المتوكل صاحب جيش المعتز المعروف
فلم يزالوا في الحروب الى مستهل المحرم سنة
اثنين وخمسين ومايتين ثم خلع المستعين نفسه
وكان الصلح وكتب المستعين له باختياره
ذلك وكتب المعتز له الامان واشهد فيه وانحدر
الى واسط العراق وكانت خلافته الى ان خلع
نفسه ثلث سنين وثمانية اشهر وفي اول سنة
من خلافة المستعين صير ثاودوسيوس ويعرف
بالقلانسي بطريركا على بيت المقدس اقام تسعة
عشر سنة ومات وكان المستعين سمينا
جسيما

ergò electio ipsorum in *Ahmedem Ebn Mohammedis AlMotasami*, cui mater concubina fuit nomine *Macharreck*; quem, Chalifam fide ipsi datâ constitutum, *Almostain billahi* nominârunt. Tum orto in exercitu dissidio, atque inter libertos tumultu, fugit *Almostain* in navicula, comitantibus ipsum *Wasipho* & *Bogao Turcis*, *Bagdadum*. Servi autem & exercitus, qui *Sarramanraiæ* fuerunt, *Abu Abdallah Ebnol Motazzi Ebnol Motawacceli*, cui mater fuit concubina nomine *Kabihab*, throno collocantes Chalifam salutârunt, initio mensis *Moharram* anni ducentesimi quinquagesimi. Fuítque contentio & bellum inter *Almostaini* & *Almotazzi* asseclas. Res autem bellicas *Almotazzi* nomine administrabat *Abu Ahmed Ebnol Motawaccel*, neque cessârunt bella exercere usque ad initium mensis *AlMoharram* anni ducentesimi quinquagesimi secundi: tũ enim loco se abdicante *Almostaino*, facta est pax, scriptis testante *AlMostainó* se hoc sponte facere, & securitatis libellum illi scribente *AlMotazzo* adhibitis testibus. Deinde *VVasetum Eraki* urbem descendit. Fuit Chalifatus ipsius, donec se ipsum Imperio abdicavit, annorum trium cum octo mensibus. Primo Chalifatûs ipsius anno constitutus est *Theodorus* (qui *AlMoklati* audit) Patriarcha *Hierosolymitanus*, qui annos novendecim sedit, dein mortuus est. Fuit autem *AlMostainus* pinguis,

corpore venusto, barbâ nigrâ; Satellitum ipsius præfectus fuit *Mohammed* Ebn *AbdolMaleci*, *Ebn Tdhaheri*. Ianitores ipsius, *VVasif* & *Boga*, Turcæ.

Chalifatus *AlMotazzi*.

Omnes qui *Sarramatraiæ*, fuerunt tam *Turcæ* quàm alii, *AlMotazzam* Chalifam fide datâ inaugurârunt, mense *AlMoharram* anni ducentesimi quinquagesimi primi, cùm esset *AlMostain Bagdadi*, ac provinciæ turbatæ, majori hominum parte *AlMostaino* adhærentibus. At cùm se imperio abdicaverat *AlMostain*, initio mensis *AlMoharram*, anni ducentesimi quinquagesimi secundi, hoc audito homines obsecuti sunt. *Almotazzus* autem cùm successionis jus *Abrahimo AlMoayad billahi* restituisset, eodem rursus ipsum exuit, qui deinde mortuus est: quod cùm ægrè ferret *Abu Ahmed* fratri suo accidisse, ipsum *Basoram* relegavit *AlMotazzus*: interfecti sunt etiam *VVasiphus* & *Boga*. Mortuúsq; est *Mohammed Ebn Abdollahi*, Ebn *Tdhaberi* Satellitum præfectus. Al*Mostainum* autem *VVasfeto* accersitum, cùm salutâsset *Said* Ebn *Saleh* Ianitor, ipsum interfecit. Porrò mortuus est *Theophilus Michaelis* f. *Theophili* filius *Romanorum* Imperator, succedente ipsi in Imperio filio ipsius *Michaele*, filii *Theophili* filio. Fuit autem dux quidam

nomine

حسن الجسم اسود اللحية وكان على شرطة
محمد ابن عبد الله ابن طاهر وحاجباه وصيف
وبغا التركيان

خلافة المعتز

وكان جميع من بسرمنراي من الاتراك وغيرهم
قد بايعوا المعتز بالخلافة في المحرم سنة احد وخمسين
ومايتين والمستعين ببغداد والبلدان
مضطربة واكثر الناس مع المستعين فلما خلع
نفسه المستعين في مستهل المحرم سنة اثنين
وخمسين ومايتين سمعوا الناس وطاعوا وكان
المعتز قد رد ولاية العهد الى ابرهيم المويد بالله
ثم خلعه ومات فتذكر ابو احمد ما صنع هذا
باخيه فنفاه المعتز الى البصرة قتل وصيف وبغا
ومات محمد ابن عبد الله ابن طاهر صاحب الشرطة
واشخص المستعين من واسط فسلم الى سعيد ابن
صالح الحاجب فقتله ومات توفيل بن ميخاييل
ابن توفيل ملك الروم وملك بعده ابنه ميخاييل ابن
تاوفيل ابن ميخاييل وكان قايد يقال
له

له باسيل قد قدمه وامره علي جميع قواده واصحابه فخرج ميخائيل الملك ذات يوم يتنزه في الجزيرة التي حذا القسطنطينية في وسط البحر الذي يسمي بنطس فشد عليه باسيل القائد فقتله داخل الكنيسة التي في الجزيرة وغلب علي الذين في الجزيرة وعلي الملك ولم يكن باسيل من اهل بيت الملك لان جنسه صقلي فقيل له لم استحللت قتل الملك فقال ان ميخائيل عشق امراة وامرني ان اتزوجها وان لا اقربها فتكون الامراة لي بالاسم ويكون هو المضاجع لها لمخالته من زوجته ان تشتري له ولانه ايضا لا يجوز له ان يتزوج علي زوجته ففعلت ذلك ثم ندمت وخفت من الله فاستحللت قتله فاقام باسيل ملك علي الروم

خلافة المعتز والمهتدي وبعض خلافة المعتمد

وولي المعتز باكباك التركي مصر واستخلف باكباك احمد ابن طلون ووجه به الي مصر وكان باكباك قد

nomine *Basilius* quem accersitum omnibus ducibus ac comitibus suis præfecerat. Die autem quodam, cùm se oblectandi gratiâ prodiisset *Michael* Imperator in insulam quandam, quæ è regione *Constantinopoli* sita est in mari quod *Pontus* appellatur, irruens in ipsum *Basilius* Dux, intra Ecclesiam quæ in insula est, interfecit; nec non & eos qui in insula erant, & imperium, in potestatem suam redegit, cùm non esset ipse è stirpe Regiâ, utpote qui genere *Siciliota* fuit. Cúmque ipsi dictum esset, Quid est quòd Imperatorem occidere fas tibi duxisti? Respondit, *Michael* cùm mulierem deperiret, me eam ducere jussit, ad ipsam tamen non accedere; ut nomine mihi esset mulier ista, ille verò cum ipsâ cubaret; metu scil. uxoris suæ, ne ipsa illud resciret, & quòd non liceret ipsi aliam ultra uxorem suam ducere: quod cùm fecissem, postea pœnitentiâ ductus, Deum timui: cæde ergò ipsum tollere fas duxi: retinuítque *Basilius* Imperium in *Romanos*.

Chalifatus *AlMotazzi* & *AlMohtadi*, & pars Chalifatûs *AlMotamedi*.

Præfecit *AlMotazzus*, *Bacbacum Turcam Ægypto*, qui *Ahmedem Ebn Tolun* deputatum sibi constituens, ipsum in *Ægyptum* misit. *Bacbacus* verò

Ahmedi-

Ahmedi Ebn Toluni filiam suam in uxorem dederat. Ingressus est autem *Ahmed Ebn Tolun Ægyptum* mense *Ramadano* anno ducentesimo quinquagesimo quarto. Turbatæ sunt autem res inter *AlMotazzum* & libertos. Obiítque *AlMotazzus* die *Martii* tertio ante finitum mensem *Rajeb*, anno ducentesimo quinquagesimo quinto. Fuit Chalifatus ipsius post *AlMostaini* abdicationem annorum trium cum mensibus novem, diebus octo. Erat, cùm moreretur, annorum viginti duorum. Sepultus est *SarraManraia*: sepulchrum ejus opere albario ornavit mater ipsius juxta sepulchrum *AlMontasari*. Fuit *AlMotazzus* candidus, facie pulchrâ, comâ eleganti, corpore decoro, adeò ut haud ipsi par formâ & pulchritudine reperiretur. Satellitibus ipsius præfectus fuit, *Mohammed Ebn Abdillahi, Ebn Tdhaheri*: Dein, eo mortuo, *Obaidallah Ebn Abdillahi, Ebn Tdaheri*: Tum iisdem præpositus est *Soliman Ebn Abdillahi Ebn Tdhaheri*, qui [munus] illud obtinuit, quod deinde *Obaidallahi Ebn Abdillahi, Ebn Tdhaheri* redditum est. Ianitores ipsius fuerunt *VVasiph* & *Boga*: deinde *Salehus* in locum patris sui suffectus est; & in locum *Bogai, Bacbac Turca*.

Chalifatus

قد زوج ابنته لاحمد ابن طولون فدخل احمد ابن
طولون الي مصر في شهر رمضان سنة اربعة وخمسين
ومايتين فاضطرب امر المعتز والموالي وتوفي المعتز
يوم الثلثا لثلثة ايام بقين من رجب سنة
خمسة وخمسين ومايتين وكانت خلافته
بعد خلع المستعين ثلث سنين وتسعة اشهر
وثمانية ايام ومات وهو ابن اثنين وعشرين
سنة ودفن بسرمن راي وشهدت امه قبره عند قبر
المنتصر وكان المعتز ابيض حسن الوجه
حسن الشعر حسن الجسم لم يرى مثله في
حسن الوجه والجمال وكان علي شرطته
محمد ابن عبد الله ابن طاهر ثم توفا وصارت
الشرطة الي عبيد الله ابن عبد الله ابن طاهر
ثم قدم سليمان ابن عبد الله ابن طاهر فصارت
اليه ثم ردت الي عبيد الله ابن عبد الله ابن طاهر
وكان حاجبه وصيف وبغا ثم صار صالح بن وصيف
مكان ابيه وباكباك التركي مكان بغا

خلافة المهتدي

وبويع المهتدي وهو محمد ابن هارون الواثق بالله ابن المعتصم بالله وامه ام ولد يقال لها قرب وكانت البيعة له يوم الثلثا لثلثة ايام بقين من رجب سنة خمسة وخمسين ومايتين وكانت خلافته سنة واحدة وقتل وهو ابن تسعة وثلثين سنة ودفن بسرمن راي وكان المهتدي مربوعا حسن الجسم والوجه ملتف اللحية اسودها وكان علي شرطته عبيد الله ابن عبد الله وحاجبه صالح ابن وصيف ثم قتل صالح وصار مكانه موسى التركي

خلافة المعتمد بالله

وبويع المعتمد بالله وهو احمد ابن جعفر المتوكل وامه ام ولد يقال لها قينان في رجب سنة خمسة وخمسين ومايتين واستوزر عبيد الله ابن يحيي ابن خاقان وزير المتوكل واتصلت الحروب والفتن وزاد فساد البلدان والامصار وكثر المتغلبون في جميع البلدان وكانت ايام خلافته كلها دايمة الفتن متصلة

Chalifatus *Almohtadi.*

Inauguratus eſt *Almohtadi*, viz. *Mohammed Ebn Harun Alwathek billahi, Ebnol' Motaſam billahi,* cui mater fuit concubina nomine *Korb*; Fuit inauguratio ipſius die *Martis*, tertio ante finitum menſem *Rajeb*, anno ducenteſimo quinquageſimo quinto. Erat Chalifatus ipſius anni unius. Trucidatus eſt cùm annorum eſſet triginta novem: ſepultus eſt *Sarramanraiæ*. Fuit ſtaturâ mediâ, facie pulchrâ, corpore eleganti, barbâ implexâ, & nigrâ. Satellitum ipſius præfectus fuit *Obaidollahi Ebn Abdillahi*. Ianitor *Saleh Ebn* W*aſiph*; tum, occiſo *Saleho*, *Tacin* Turca.

Chalifatus *Almotammed billahi.*

Inauguratus eſt *Almotammed billahi*, (nempe, *Ahmed Ebn Iaafari Almotawacceli*, cui mater concubina fuit nomine *Knyai*,) menſe *Rajeb*, anno ducenteſimo quinquageſimo ſexto. Conſiliarium ſuum conſtituit *Abdollahum Ebn Yahyæ Ebn Chathan*, qui *Motawacceli* conſiliarius fuerat. Continuatis autem bellis & diſſidiis turbatæ ſunt regiones & provinciæ; & ubique terrarum multi ſibi imperium vendicârunt, adeò ut totum Chalifatûs ipſius tempus diſſidiis perpetuis & bellis continuis

plenum fuerit. Rerum gerendarum curam habuit *Abu Ahmed Almowaffek billahi*, *Almotammedi* frater. *Almotammed* verò homines filio suo *Iaafaro*, ut successori suo, fidem dare adegit, ipsi nomen *Almophawed Elallahi* imponens; ac post eum *Abu Ahmedi Ebnil Motawaccel* fratri suo; quem *Almowaffec billahi* appellavit. *Abu Ahmed* autem ipse bella gerere, atque in provincias proficisci, séque curis ac laboribus exercere, dum *Almotammed* voluptatibus & lusui indulgeret; contra quem rebellavit, *Basoræ*, *Ali Ebn Mohammed*, *Ebn Ahmed*, Ebn *Ali*, *Ebn Yazid*, *Ebn Ali*, Ebnol' *Hosain*, *Ebn Ali*, *Ebn Abi Taleb*, die *Lunæ*, duobus ante finitum mensem *Ramadan* diebus; ac cæsis omnibus *Basoræ* incolis, opes ipsorum diripuit, mulieres & liberos captivos abduxit, mulieribus, pueris, & puellis & opibus *Nabechi* arbitrio permissis, ac vastatâ *Basorâ*, territoria & ditiones ejus occupavit. Contra quem *Basoram* profectus est *Abu Ahmed Almowaffec*; neq; inter eos bella geri desierunt quatuordecim annis. Cæsus est autem *Aliensis* iste *Basoræ* ad fluvium *Abi Sofyan*, ponè fluvium *Abil Chasib*, illum nempe juxta quem urbem suam, quam *Almochtarah* vocitavit, condiderat, die *Mercurii* prope vesperam, mensis *Safar* quarto, anno ducentesimo septuagesimo. Totum autem tempus ex quo, insurgente ipso, erectum est vexillum ipsius usq; ad diem

معصلة الحروب وكان القايم بالتدبير ابو احمد الموفق
بالله اخو المعتمد وكان المعتمد قد بايع لابنه جعفر
بالعهد وسماه المفوض الي الله وبعده لابي ابو المتوكل
احمد اخيه وسماه الموفق بالله وكان ابو احمد
يباشر الحروب بنفسه ويشخص الي البلدان ويبعث
وينصب والمعتمد مشاغل باللذات والملاهي وخرج
عليه في البصرة علي ابن محمد ابن احمد ابن علي
ابن يزيد ابن علي ابن ابي طالب يوم الاثنين
لليلتين بقيتا من شهر رمضان سنة ستة وخمسين
ومايتين فقتل اهل البصرة كلهم واستباح اموالهم
وسبا نساهم وصبيانهم واباح النسا والصبيان
والبنات والاموال للنابع وخرب البصرة وغلب علي
نواحيها واعمالها فخرج اليه ابو احمد الموفق الي
البصرة فلم يزل الحرب بينهم اربعة عشر سنة وقتل
العلوي بالبصرة في نهر ابي سفيان في موخر نهر
ابي الخصيب النهر الذي بنا عليه مدينته الذي
تسما المختارة يوم الاربعا في اخر النهار لاربع خلون
من صفر سنة سبعين ومايتين وكان جميع مدة
ايامه من يوم قام ورفعت رايته الي اليوم
الذي

الذي قتل فيه اربعة عشر سنة واربعة اشهر وستة
ايام وكان احمد ابن طولون قد غلب علي مصر
والشام وفتح انطاكية وابو احمد الموفق مشغول
عنه بحرب العلوي بالبصرة وفي اول سنة من خلافة
المعتمد صير اصطفانوس بطريرك علي انطاكية
اقام يوما واحدا وفي ذلك اليوم قدس ومات وصير
بعده ثدوس بطريرك علي انطاكية اقام احدي وعشرين
سنة ومات وفي عشر سنين من خلافته صير ايليا
ابن منصور الذي كان اعان المسلمين علي فتح دمشق
ولعن في جميع الدنيا بطرك علي بيت المقدس اقام تسعة
وعشرين سنة ومات وتوفي ميخاييل ابن بكام بطرك
الاسكندرية في سنة ستة وخمسين ومايتين ودفن في
مدينة بورة وصير بعده ميخاييل من اهل مدينة رومية
وفي خمسة عشر بطرك علي الاسكندرية في السنة الثلثة من
خلافة المعتمد وهي سنة ثمان وخمسين ومايتين واقام اربع
وثلثين سنة ومات وذلك في سنة اثنين وتسعين
ومايتين ودفن بالاسكندرية ومات باسيل
ملك الروم وملك بعده ابنه لاون وكان حكيما
فيلسوفا وفي ثمان سنين من خلافة المعتمد ولد
سعيد

diem quo occisus est, anni sunt quatuordecim, quatuor menses & sex dies. Quin & *Mohammed Ebn Tolun Ægyptum* & *Damascum* occupavit, captâ etiam *Antiochiâ*, à quo detentus fuit *Ahmed Almowaffec* bellum contra *Aliensem Basoræ* gerendo. Anno Chalifatus *Almotammedi* primo constitutus est *Stephanus* Patriarcha *Antiochenus*, qui uno tantùm die sedit, eodem & consecratus & mortuus, constituto post ipsum *Taduso* ibidem Patriarchâ, qui annos viginti sedit, dein mortuus est. Anno Chalifatûs ejusdem decimo constitutus est *Elias*, *Mansuri* (qui *Mosleminis* in capiendâ *Damasco* opem tulit, ideóque per totum mundum diris devotus est,) filius, patriarcha *Hierosolymitanus*; ubi cùm annos viginti novẽ sedisset, mortuus est. Porrò obiit *Michael* Bacam fil: Patriarcha *Alexandrinus* anno ducentesimo quinquagesimo sexto, atque in urbe *Burah* sepultus est. Constitutus est post ipsum *Michael* natione *Romanus* (vel secũdũ aliud exẽplar *Azzensis*) Patriarcha *Alexandrinus* anno Chalifatus *Almotammedi* tertio, qui est ducentesimus quinquagesimus octavus: annos triginta quatuor sedit, dein obiit. viz anno ducentesimo nonagesimo secundo, atque *Alexandriæ* sepultus. Mortuus est etiam *Basilius Romanorum* Imperator, succedente ipsi filio ipsius *Leone*, qui sapiens fuit & Philosophus. Porrò anno Chalifatus *Almotammedi* octavo, natus est

Said

Said E*bn* Batrik, Medicus, die Dominico, tertio ante finitum mensem *Dil Hajjæ* anno [*Hejræ*] ducentesimo sexagesimo tertio Lunari. Ab *Hejrâ* igitur ad ipsius natalem anni sunt ducenti quinquaginta quatuor Solares, (iis autem in historia tempora computat.) A *Diocletiano* verò ad ejusdem *Saidi Ebn Batriki* medici natalem anni quingenti sexaginta octo, (vel secundùm aliud exemplar quingenti nonaginta duo.) A Domino nostro *Iesu Christo* ad eundem natum octingenti sexaginta octo. Ab A*lexandro* mille centum octoginta novem. A captivitate B*abylonicâ* mille quadringenti quinquaginta. A D*avide* mille nongenti viginti septem. Ab exitu *Israelitarum* ex *Ægypto* bis mille quingenti triginta tres. Ab A*brahamo* ter mille quadraginta. A *Phaleko* ter mille quingenti octoginta unus. A *Diluvio* quater mille centum duodecim. Ab A*damo* sexies mille trecenti sexaginta octo. Cúmq; annos jam sexaginta natus esset, constitutus fuit Patriarcha A*lexandrinus*, atque A*nba* Eu*tychius* appellatus. A*hmed* autem E*bn Tolun* captâ A*ntiochiâ*, in *Ægyptum* reversus est, ubi templū commune extruxit illud quod piscinæ imminet, nec non *Nosocomium*. *Canalem* etiam fabricavit in quo fluit aqua à piscina quæ A*l Habash* [A*byssinarū*] appellatur ad A*maaphe*. Morbo autem correptus, eo quo mortuus est, viz. alvi profluvio, jussit

tum

سعيد ابن بطريق المتطبب يوم الاحد لثلثة ليال بقين من
ذي الحجة وذلك في سنة ثلثة وستين ومايتين قمرية
ومن الهجرة الي مولده مايتان واربعة وخمسون سنة شمسية
وبها يورخ التاريخ ومن ديوكلطيانوس الي مولد سعيد
ابن بطريق المتطبب خمسماية وثمانية وستون سنة وفي
نسخة خمسماية واثنين وتسعين سنة ومن سيدنا يسوع
المسيح الي مولد سعيد ابن بطريق المتطبب ثمانماية وثمانية
وستون سنة ومن الاسكندر الي مولده الف وماية وتسعة
وثمانون سنة ومن سبي بابل الي مولده الف واربعماية
وخمسين سنة ومن داوود الي مولده الف وتسعماية وسبعة
وعشرون سنة ومن خروج بني اسرايل من مصر الي
مولده الفين وخمسماية وثلثة وثلثون سنة ومن ابرهيم
الي مولده ثلثة الاف واربعين سنة ومن فالق الي
مولده ثلثة الاف وخمسماية واحد وثمانون سنة ومن
الطوفان الي مولده اربعة الاف وماية واثني عشر سنة ومن
ادم الي مولده ستة وثلثماية وثمانية وستين سنة وبعد
ستين سنة من مولده صير بطريركا على الاسكندرية
وسمي انبا افتيشيوس واما احمد ابن طولون فلما فتح انطاكية
رجع الي مصر وبنا بمصر المسجد الجامع المطل على البركة

وبنا البيمارستان وبنا مصنعا تجري فيه الما من البركة
المعروفة بالحبش الي المعافر ومرض احمد ابن طولون
المرض الذي مات منه وهو زلف الاسعا واخذ المسلمين
والنصاري واليهود بالصعود الي الجبل المعروف بالمقطم
يدعوا له ففعلوا ذلك وصعدوا الي الجبل احزابا احزابا
وكانوا يدعون له ومات من تلك العلة ليلة الاحد لعشرة
ليالي بقين من ذي القعدة سنة سبعين ومايتين ودفن
في المقطم واجمع قواده فقتلوا ابنه العباس وهو الاكبر
وامروا عليهم ابنه الاصغر خمارويه ابن احمد ابن طولون
وهو ابن عشرين سنة فقاد الجيوش الي الشام وخرج
اليه ابو العباس ابن الموفق وكان الحرب بينهم في
الطواحين من عمل فلسطين فانهزم خمارويه ابن احمد ابن
طولون ورجع وحده الي مصر وقد قطع خمس دواب في
طريقه وقتل من اصحابه خلق عظيم وظفر ابو العباس
بجميع ما كان في عسكر خمارويه ابن احمد وكان
لخمارويه ابن احمد كمين لم يعلم بالهزيمة فلما طلعت
رايات الكمين نظر اليها ابو العباس واصحابه خلوا عن
كل شي ظفروا به وانهزموا فقتل منهم في الهزيمة
خلق عظيم وتراجع اصحاب خمارويه فاجتمع
العسكر ورجع الي مصر فاقاموا مع خمارويه

cùm *Mosleminos* tum *Christianos* & *Iudæos*, monte, qui *Almokattam* appellatur, conscenso, preces pro ipso fundere: quod & fecerunt, montem in classes suas distributi ascendentes, atque pro eo orantes. Mortuus est autem morbo isto die Dominico decimo ante finitum mensem *Dilkaada* anno ducentesimo septuagesimo. Sepultúsq; est in *Almokattam*. Convenientes ergó duces, filio ipsius *Al Abbaso*, qui natu maximus fuit, occiso, sibi filiũ ipsius natu minorẽ *Chamarawaihum Ebn Ahmed Ebn Tolun* præfecerunt, annos habentẽ viginti. Hic cùm in *Syriã Damascenam* copias duxisset, atq; in occursum ipsi prodiisset *Abu Al Abbas Ebnol Mowaffeki*, commissũ est inter ipsos prælium in *Al Tawahain* è ditione *Palæstinæ*, ubi in fugam versus *Chamarawaihus Ebn Ahmed Ebn Tolun* solus in *Ægyptum* reversus est, lassatis in via quinque jumentis, magna autem sociorum ejus strages edita est, potito *Abul Abbaso* omnibus quæ exercitui ejus fuerunt. Fuerunt autem *Chamarawaibo* milites in insidiis positi qui fugæ cæterorum nescii erant. Horum ubi signa apparuerunt iis conspectis *Abul Abbas* & ipsius comites, omnibus quæ consequuti fuerant relictis, in fugam se dederunt atque inter fugiendum multi ex iis cæsi: quare redeuntibus *Chamarawaibi* sociis collectæ sunt item copiæ atque in *Ægyptum* reversæ, cum *Chamarawaibo* substiterunt. Rediit

autem *Abul Abbas Bagdadum* fugiens, atque à patre suo *AlmoWaffeko* ob illud quod fecerat culpatus est. Fuit autem *ChamaraWaibo Damasci* copiæ multæ. Porrò Anno Chalifatûs *AlMotammedi* decimo octavo, qui *Hejræ* ducentesimus septuagesimns fuit, accidit in *Ægypto* terræ motus ingens, adeo ut multæ corruerent ædes, & magna hominum multitudo periret. Eodem anno venit frumenti mensura [*Macuc*] nummo aureo, mortuíque sunt homines fame præ annonæ caritate, adeo ut lini semen comederent, implerentúrque *Mesri* plateæ mortuis, quos camelis avehebant, octo singulis camelis impositos, magnáque ipsis foveâ effossâ in ipsam eos conjicerent. Tum *ChamoraWaib* audito *Mohammedem Ebn Diudad* (qui idem *Abulsaj* dicitur) *Damascum* cum exercitu grandi pervenisse, copiis suis collectis obviam ipsi *profectus* est, commissúmq; est inter ipsos prælium grave loco dicto, *Bathniâ*, ditionis *Damascenæ*; atque in fugam datus *Mohammed Ebnol Diudad*, cæsis ipsius comitibus, quorum plerique securitatem petierunt perrexítque *ChamaraWaib* donec ad *Euphratem* perveniret, ingressíque sunt comites ipsius *AlRaccam*, in eâdem ementes ac vendentes, adeo ut ab eo metueret *AlMowaffek*. Reversus est autem *Chomarawaibus* in *Ægyptum*, imperium jam obtinens ab *Euphrate* usque ad regionem *Nubiæ*, in singulis,

ورجع ابو العباس ابن الموفق الي بغداد منهزما فلامه
ابوه الموفق علي ما عمل وكان لخماروية بالشام جيش
كثير وفي ثمانية عشر سنة من خلافة المعتمد وفي سنة
ثلثة وسبعين ومايتين كانت بمصر رجفة عظيمة
وسقطت دور كثيرة ومات فيها خلق عظيم وبلغ فيها
القمح في تلك السنة مكوك بدينار فمات
الناس من الجهد بالجوع حتي كادوا ياكلون
بزر الكتان حتي امتلت اسواق مصر موتي
وكانوا يحملونهم علي الجمال علي كل جمل
ثمانية موتي ويحفرون لهم حفرة عظيمة ويلقونهم
فيها ثم بلغ خماروية ان محمد ابن ديوداد وهو
ابو الساج قد وافا الي الشام مع جيش عظيم يريد
مصر فجمع خماروية جيوشا له وخرج اليه فكانت
وقعة عظيمة بينهم في موضع يقال له البثنية من
عمل دمشق وانهزم محمد ابن الديوداد وهو ابن
الساج وقتل اصحابه واستامن اكثرهم وسار خماروية
حتي بلغ الفرات ودخل اصحابه الي الرقة
واشتروا فيها وباعوا ففزع منه الموفق ورجع خماروية
الي مصر وقد ملك من الفرات الي بلد النوبة واستخلف
في

في كل بلد رجل من اصحابه وذلك في سنة ستة وسبعين ومايتين ومات الموفق في صفر سنة ثمانية وسبعين ومايتين فقام ابنه ابو العباس مقامه وصارت ولاية العهد له وخلع جعفر ابن المعتمد من ولاية العهد وتولي التدبير ابو العباس ابن الموفق وسمي المعتضد ومات المعتمد ببغداد يوم الاحد لاحد عشر ليلة بقيت من رجب سنة تسعة وسبعين ومايتين وكانت خلافته ثلثة وعشرون سنة وستة ايام وتوفي وهو ابن ستة واربعين سنة وحمل الي سرمن راي ودفن بها

خلافة المعتضد

وبويع المعتضد بالله ابو العباس وهو احمد ابن ابي احمد الموفق بالله ابن جعفر المتوكل علي الله وامه ام ولد يقال لها ضرار وكانت البيعة له في اليوم الذي توفي فيه المعتمد لاحد عشر ليلة بقيت من رجب سنة تسعة وسبعين ومايتين فسكنت الفتن وصلحت البلدان وارتفعت الحروب وسالم كل مخالف ورخصت الاسعار وبعث المعتضد

الي

gulis provinciis deputatum è comitibus suis aliquem constituens; idq; anno ducentesimo septuagesimo sexto. Obiit autem *Almowaffek* mense *Safar*, anno ducentesimo septuagesimo octavo, vices eas supplente filio ipsius *Abul Abbaso*, qui & in Chalifatu successor renunciatus est, abdicato *Iaafaro Ebnol Motammed* eâ dignitate. Rebus ergò gerendis præfectus est *Abul Abbas Ebnol Mowaffek*, atque appellatus *AlMotadad*. Obiítque *AlMotammed Bagdadi* die Dominico, undecimo ante finitum mensem *Rajeb*, anno ducentesimo septuagesimo nono. Fuit Chalifatus ipsius annorum viginti trium & sex dierum. Annorum, cùm moreretur, fuit quadraginta sex: portatúsque *Sarramanraiam*, ibi sepultus est.

Chalifatus AlMotadedi.

Inauguratus est *AlMotaded billahi Abul Abbas* (qui idem *Ahmed Ebn Abi Ahmed AlMowaffek billahi Ebn Iaafar Almotwaccel alallahi*, cui mater concubina fuit nomine *Darar*) eodem die, quo obiit *AlMotammed*, undecimo ante finitum mensem *Rajeb*, ducentesimo septuagesimo nono, cessarúntque lites, ac pax in provinciis facta est, sublatis bellis, pacémque amplectente omni rebelle, & vili pretio expositæ sunt res venales. Misitque *AlMotaded*

ded ad *Chamarawaihum Ebn Ahmed Ebn Tolun*, filiam ipsius sibi in uxorem petens, quam ipsi concedens *Chamarawaih* ad ipsum eam deducendam curavit, multásque simul opes, servos & ancillas; atque ita pace inter ipsos factâ in ordinem redactæ sunt res. *Chamarawaihus* autem ex *Ægypto* in *Syriã* profectus, *Damasci* sedem fixit, atque ibi extra urbem sub Monasterio *Murran*, juxta fluvium *Thaurab*, arcem condidit in qua habitavit. Interfectúsque est *Chamarawaihus*, in hac quam *Damasci* condidit arce, die Dominico, tertio ante finitum mensem *Dilkaada*, anno ducentesimo octogesimo secundo: cædem ipsius procurârunt è famulorum ipsius pæcipuis sex, quorum nomina *Tdhaber*, *Sabur*, *Lula*, *Natif*, *Shafio* pocillator, & *Ganayem*: quorum interfectorum capita *Ægyptum* portata sunt, corpora autem *Damasci* patibulo affixa. *Chamarawaibus* in arca *Damasco* in *Ægyptum* perlatus in monte *Almokattam* sepultus est. Turbata est autem *Ægyptus* ob *Chamarawaihum* ejúsq; mortem. Præfectus est post ipsum *Iaish* *Chamarawaihi* filius, qui *Damasco* in *Ægyptum* reversus, cùm ibi octo menses sedisset, turbatis inter ipsum ac duces rebus, ipsum adorti trucidârunt, præfectúsq; est ejus loco frater ipsius *Harun* Ebn *Chamarawaihi*, annos natus decem; ídq; mense *Rajeb* anno ducentesimo octogesimo tertio. Quin & literas ad *Haronem* dedit

الي خمارويه ابن احمد ابن طولون فخطب منه ابنته
فزوجه اياها خمارويه وحملها اليه وحمل معها مالا عظيما
وغلمان وجوار وصلح ما بينهما واستقامت الامور
والاحوال وخرج خمارويه ابن احمد ابن طولون من
مصر الي الشام فاقام بدمشق وبنا خارج دمشق تحت
ديرمران علي نهر ثورة قصرا وسكن فيه وقتل
خمارويه في هذا القصر الذي بناه بدمشق ليلة
الاحد لثلثة ليال بقين من ذي القعدة سنة اثنين
وثمانين ومايتين وتولي قتله ستة خدم من خاصته
يقال لهم طاهر وصابور ولولو وطغيف وشفيع
الشرابي وغيرهم وقتلوا هولاي الخدم وحملت
روسهم الي مصر وصلبت ابدانهم بدمشق وحمل
خمارويه في تابوت من دمشق الي مصر ودفن في
جبل المقطم واضطرب امر مصر من خمارويه وموته
وتولي بعده جيش ابن خمارويه ورجع جيش من
دمشق الي مصر فاقام ثمانية اشهر واضطرب امره
مع القواد فشدوا عليه فقتلوه وتولي موضعه اخوه
هارون ابن خمارويه وهو ابن عشر سنين وذلك في رجب
سنة ثلثة وثمانين ومايتين وكتب المعتضد الي هارون

ابن

ابن خمارويه كتابا يقلده ذلك امر مصر وهارون ابن عشر
سنين وكان الغالب علي امره ابو جعفر ابن محمد ابن
ابا التركي حدث بمصر ليلة الخميس لليلتين بقيا من ربيع
الاول وكان عيد النصارى الذي يعيدونه لصعود سيدنا
المسيح الي السما في سنة اربعة وثمانين وما يتين هبت
ارياح صعبة شديدة من وقت العشا الي نصف الليل وفي
نصف الليل كانت ظلمة شديدة جدا حتي لم يكن احد
ينظر الي اصبعه اذا صيرها بين عينيه وهاجت ارياح غليظة
اصعب من الاولي وطرحت منازل كثيرة وكانت تطرح
علي روس الناس في منازلهم رمل احمر وكان يري الناس
في اربعة اركان السما اعمدة نار تلتهب فلم يزل هذا الي
قرب الصبح ثم كسر الريح قليلا وصارت السما حمرة جدا
كلهيب النار مع ريح باردة وكانت الارض والجبال والاشجار
والناس ولباسهم وكلما يري احمر من شدة حمرة السما فاقامت
الحمرة ساعتين ثم تغيرت الحمرة الي الصفرة الي نصف
النهار ثم ذهبت الصفرة وصارت السما سودا ذلك اليوم
كله الي الضحي الي نصف النهار قبل ان ينحل السواد
ولم تظهر الشمس يوما ونصفا من وقت هاجت الرياح الي
ان انحلت السحابة السودا وفي سنة ثمانية
وثمانين

dit *AlMotaded*, quibus ipsi *Ægypti* præfecturam contulit. Rebus ipsis administ randis præfuit *Abu Iaafar*, *EbnMohammed*, *Ebn Abæ*, *Turca*. Porrò, mirũ quid, in *Ægypto* contigit die *Iovis* duobus ante finitũ mensẽ *Rabiã* priorẽ diebus, qui *Christianorum* festũ erat quod ob ascensum Domini nostri *Christi* in cœlos celebrant, anno ducentesimo octogesimo quarto. Flantibus ventis admodum vehementibus à vespera usque ad mediam noctem, circa mediam noctem factæ sunt tenebræ valdè graves, adeò ut non posset quis digitum suum inter oculos positum cernere, tum concitati sunt venti graves prioribus vehementiores, quibus dejectæ sunt domus multæ; injecta est etiam hominum intra domus suas capitibus arena rubra, viderúntque in quatuor cœli plagis columnas ignis flammantes, neque ita se habere desiit donec appropinquaret mane. Tum remittente paululum vento rubuit admodum cœlum instar flammæ ignis, cum vento frigido: quin & terra, montes, arbores, homines, nec non vestes ipsorum, & quicquid ubiq; cerneres, rubescere præ summa cœli rubedine, quæ duas horas duravit; deinde in flavedinem conversa est usque ad meridiem; dein evanescente flavedine nigrum evasit cœlum, toto die isto usque ad crastini meridiem, antequam dissolveretur nigredo, neque per sesquidiem apparuit sol, ex quo

 conci.

concitati ſunt venti, donec evaneſceret nubes illa nigra. Rurſum anno ducenteſimo octogeſimo octavo in *Ægypto*, ineunte die *Mercurii* menſis *Dilkaadæ* nono, factũ eſt ut à media nocte uſq; ad aurorã valdè cõcitatæ ſint ſtellæ [Meteora] quas ſtellas cadentes vocant, adeo ut iis repleretur cœlum ad Orientem, Occidentem, Auſtrum, & Septentrionem diſperſis, nec poſſet quis cœlum intueri præ ſtellis iſtis. Iam anno primo Chaliſatus *AlMotadeài* conſtitutus eſt *Simeon Zarnaki* filius, Patriarcha *Antiochenus*, qui annos duodecim ſedit, dein mortuus eſt. Porrò cùm *Leoni* Imperatori *Romano* mortua eſſet uxor nullâ relictâ prole, aliam ille uxorem ducere voluit; at prohibuit ipſum *Nicolaus* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*, dicens, Non eſt tibi licitum uxorem ducere; ſiquidem *Anagnoſtes* es & precibus Sacerdotum conſecratus; quòd ſi uxorem duxeris non licet tibi ad altare accedere. Cui *Leo*; Uxorem ducere cupio quò ſit mihi filius qui poſt me regnum hæreditario poſſideat. At non permiſit ipſi Patriarcha conjugium. Scripſit ergò *Leo* Imperator ad Patriarcham *Romanum*, *Michaëlem* Patriarcham *Alexandrinum*, *Eliam Manſuri* filium Patriarcham *Hieroſolymitanum*, & *Simeonem Zarnaki* filium, *Antiochenum*, rogans ut ad ipſum accederent, quò diſpicerent, liceret, nécne ipſi uxorem ducere: at noluit eorum quiſpiam ad ipſum accedere, niſi quòd ſinguli nomine ſuo

وثمانين وما بعدها حدث ايضا بمصر صبيحة الاربعا لتسع
خلون من ذي القعدة من نصف الليل الي الصبح اضطربت
الكواكب الذي يقال لها الشهب اضطرابا شديدا
وكانت السما مملوة كواكب شهب يدف شرقا وغربا
وجنوبا وشمالا ولم يكن يتهيا لاحد ينظر الي السما
من كثرة الكواكب الشهب وفي اول سنة من
خلافة المعتضد صير اسمعان ابن زرثاق بطريركا علي
انطاكية اقام اثني عشر سنة ومات فاما لاون ملك
الروم فماتت امراته ولم يكن له منها ولد فاراد ان
يتزوج فمنعه نيقولاوس بطريرك القسطنطينية وقال له
ليس يجوز لك التزويج لانك انتسطت وعليك صلاة
الكهنوت فان تزوجت لم يجز لك ان تدخل المذبح
فقال له لاون الملك انما اردت ان اتزوج ليكون لي
ولد يرث الملك بعدي فلم يطلق له البطرك فكتب لاون
الملك الي بطرك رومية والي ميخاييل بطرك
الاسكندرية والي ايليا ابن منصور بطرك بيت المقدس
والي سمعان ابن زرثاق بطرك انطاكية يسلهم الشخوص
اليه لينظروا هل يجوز له التزويج ام لا فلم يتهيا لواحد
منهم الشخوص اليه غير انه وجه كل واحد

منهم

منهم رسولا من قبله فاجتمع مع الرسل جماعة اساقفة بالقسطنطينية فنظروا في امر الملك واوجبوا له التزويج فتزوج لاون الملك وولد له ولدا فسماه قسطنطين ونفا نيقولاوس البطريرك من الكرسي وصير بدله اثيميوس بطرك علي القسطنطينية وتوفي المعتضد بالله ليلة يوم الاحد لتسع ليالي بقين من شهر ربيع الاخر سنة تسعة وثمانين ومايتين وكانت خلافته تسع سنين وتسعة اشهر ويومين وتوفي وله سبعة واربعون سنة وكان الغالب علي امره بدر مولاه وعبيد الله ابن سليمان ووزر كاتبه ابنه القسم ابن عبيد الله وكان المعتضد جميلا حسن الوجه والجسم رجلا يحفظ الاموال

خلافة المكتفي بالله

وبويع المكتفي وهو ابو محمد ابن احمد المعتضد ببغداد في اليوم الذي توفي فيه المعتضد وكان المكتفي بالرقة فنفذت اليه الكتب والرسايل ان يشخص الي بغداد فشخص الي بغداد واقام بها وامه امة بحتجكنة كانت الابلة لقسم ابن عبيد الله ابن

legatum mitterent. Ac legatis se adjungentes Episcopi quidam *Constantinopoli*, de negotio Imperatoris dispicientes, matrimonium ipsi licitum pronuntiârunt: quare uxorem duxit, natúsque est ipsi filius quem *Constantinum* appellavit. Cúmq; *Nicolaum* Patriarcham cathedrâ abdicâsset, constitutus est ipsius loco *Anthimus* Patriarcha *Constantinopolitanus*. Obiit autem *Almotaded Billahi* die Dominico, nono ante *Rabiam* posteriorem finitum, anno ducentesimo octogesimo nono. Fuit Chalifatus ipsius annorum septem, cum mensibus novem, dierum duorum. Annos cùm moreretur habuit quadraginta septem. Præcipuam in res ipsius potestatem habuere *Badar* libertus ipsius, & *Obaidallah Ebn Solimani*: cujus in locum successit filius ipsius *AlKasem Ebn Obaidallahi*. Fuit *Almotaded* pulcher, facie & corpore decoris, strenuus, opum tenax.

Chalifatus *AlMoctafi billahi.*

Inauguratus est *AlMoctafi* (qui idem est *Abu Mohammed, Ebn Ahmed Almotaded*,) *Bagdadi*, eodem die quo obiit *Almotaded*. Erat tunc autem *Almoctafi Raccæ*, missæque sunt ad ipsum literæ & epistolæ, ut *Bagdadum* accederet, quò cùm pervenisset, sedem ibi fixit. Mater ejus nomine *Bachtajacnab* fuit, filia *Alkasemi Ebn Obaidallahi*

Ebn

Ebn Solimani, Ebn VVahabi. Abbasum Ebnol *Hasun Maderanensem* Scribã adſcivit atq; illi res in ordinẽ redactæ ſunt. Anno Chaliſatus *Almoctafi* ſecundo, qui eſt ducenteſimus nonageſimus, pertigit *Nilus Ægyptiacus* cubitos tantùm tredecim cum duobus digitis. Quare egreſſi ſunt *Moslemii, Christiani,* & *Iudæi* ad aquam precibus impetrandam, nec tamen crevit aqua ultra illud quod diximus; deinde receſſit. Anno tertio Chaliſatus *AlMoctafi* conſtitutus eſt *Elias* Patriarcha *Antiochenus*; qui Scriptor fuit; annos ſedit viginti octo, dein mortuus eſt. Capta eſt urbs *Seleucia* è terra *Romanorum* menſe *Rabia* poſteriori, unde captivos in *Ægyptum* attulerunt menſe *Rajeb,* anno ducenteſimo nonageſimo. Anno Chaliſatus ejuſdem mortuus eſt *Michael* Patriarcha *Alexandrinus* die Dominico, ſexto ante finitũ menſem *Ramadan*, anno ducenteſimo nonageſimo; Patriarchatu functus triginti quatuor annis: vacavítq; poſt ipſum Cathedra *Alexandrina* Pairiarchâ quatuor annos. Anno quinto Chaliſatus ejuſdem conſtitutus eſt *Christodulus Halebensis* Patriarcha *Alexandrinus*; creatus eſt *Hierosolymis* die Sabbati magni, quinto menſis *Nisan*; *Barmudæ* ſeptimo. Die autem *Iomadæ* prioris conſecravit ipſum *Elias* filius *Mansoris* Patriarcha *Hierosolymitanus*. Cúmque *Alexandriam* veniſſet, dixerunt urbis illius incolæ, Nolumus hunc, niſi re-

petitis

بن سليمان ابن وهب واستكتب العباس ابن الحسن
المادراني واستقامت له الامور وفي السنة الثانية من خلافة
المكتفي وهي سنة تسعين ومايتين بلغ نيل مصر ثلثة
عشر ذراعا واصبعين فخرج المسلمون والنصاري واليهود
واستسقوا فزاد الما علي ما قالوه وانصرف الما وفي
السنة الثالثة من خلافة المكتفي صير ايليا بطريركا
علي انطاكية وكان كاتب اقام بها ثمانية وعشرين سنة ومات
رفعت من بنة سلوقية من ارض الروم في شهر ربيع
الاخر ودخلوا بالسبي الي مصر في رجب سنة تسعين
ومايتين وفي السنة الثالثة من خلافته مات ميخاييل
بطريرك الاسكندرية يوم الاحد لسبعة ليالي بقين من شهر
رمضان سنة تسعين ومايتين وله بطرك اربعة وثلثين
سنة وبقا بعده كرسي الاسكندرية بغير بطرك اربع
سنين وفي السنة الخامسة من خلافة المكتفي صير
اخرسطودلس من اهل حلب بطرك علي الاسكندرية
وسمي في بيعة المقدس يوم العيد الكبير لاربع خلون من
نيسان ولسبع خلون من برموده وفي تسعة عشر من جمادي
الاخر صير ايليا بن منصور بطرك علي بيت المقدس
وشخص الي الاسكندرية فقال لاهل الاسكندرية لاذهبا
او نعمين

اوذعيه علية صلاة البطركية واعان واعلية صلاة البطركية
وذلك لاربع خلون من شهر رمضان سنة اربعة
وتسعين ومايتين اقام ستة وعشرين سنة وستة اشهر
ومات ودفن بكنيسة ميكاييل بفسطاط مصر وفي
سنة سنين من خلافة المكتفي صير جرجس ابن
دعجان بطريرك على بيت المقدس اقام اربع سنين
وثمانية اشهر ومات وخرج بالشام خارجي يقال
له اسماعيل القرمطي وكان بدمشق طغج ابن جف
الفرغاني من قبل خمارويه ابن احمد ابن طولون فانهزم
طغج من يدي اسماعيل القرمطي بعد ان كانت بينهما
وقعات كثيرة وقتل من اصحاب طغج خلق كثير
فكتب طغج الى هارون ابن خمارويه يعلمه بالخبر فبعث اليه
هارون بجيش كبير فيه كل رجل منصور من الطولونية
وكانت الوقعة بين عسكر هارون وبين القرمطي بقرية
يقال لها كناكر من عمل دمشق والموضع يعرف بالمسكنة
في رجب سنة تسعة وثمانين ومايتين فاشتبكت الحروب
بينهم وقتل القرمطي وقتل من الفريقين نحو من عشرين
الف وانهزم الفريقان فتوجه من بقي من جيوش هارون
الى دمشق والى طبرية وتوجه من بقي من
جيوش

petitis precibus [quibus consecratur] Patriarcha, quare preces Patriarchales rursum adhibuerunt: idque mensis *Ramadani* quarto, anno ducentesimo nonagesimo quarto: sedit annos viginti sex, & sex menses, dein obiit: sepultúsque est in *Ecclesia Michaelis, Phostati Ægyptiacæ*. Anno Chalifatus ejusdem constitutus est *Georgius, Daajani* filius, Patriarcha *Hierosolymitanus*, qui annos quatuor & sex menses sedit, dein mortuus est. Porrò prodiit in *Syria* rebellis, nomine *Ismael Karmatianus*, cùm *Damasci* esset nomine *Chamarawaibi Ebn Ahmed, Ebn Toluni, Toguj Ebn Ioffi Pharganensis*; qui ab *Ismaele Karmatiano* in fugam versus est post multa inter ipsos commissa prælia, cæsis è comitibus ejus multis. Scribens ergò *Togus* ad *Harunem Chamarawaibi* filium ipsum rei certiorem fecit. Misit ergò ad ipsum *Harun* exercitum magnum, in quo erant omnes *Tolonensium* nomine insignes; comissúmque est prælium inter exercitus ipsorum in vico *Canacar* dicto, ditionis *Damascenæ*, loco quem *AlAscapham* vocant, mense *Rajeb*, anno ducentesimo octogesimo nono: & post frequentes inter ipsos pugnas interfectus est *Karmatianus*, cæsis ex utroq; exercitu viginti circiter hominum millibus, quorũ & utrique in fugam se dederunt; petentibus qui ex *Harunis* copiis superstites fuerunt, *Damascum* & *Tiberiadem*; qui è *Karmatiani*,

Hamsum [*Emissam*] Manserúntque *Damasci* ex *Harunis* copiis quidam cum *Badro Aljamami* dicto. Fuit autem *Karmatiano* frater *AlNajem* appellatus; qui congregatis qui è fratris sui exercitu reliqui erant, copias collegit, & in partes *Emissæ* prodiit. *AlMotaphi* igitur audito *Karmatianum* *Ægypti* exercitus fugâsse atque infirmâsse, cæsis *Ægyptiorum* fortissimis quibúsque, spem concepit capiendæ *Ægypti*, missóque *Mohammed Ebn Soliman*, cui præstantissimos ducum suorum cum exercitu magno adjunxit, prodiit ipse *Baccam*, ibíq; substitit. *Mohammed* autem *Ebn Soliman* ubi *Emissam* pervenisset *Alnajemi Karmatiani* copias fudit, captis è comitibus ipsius septingentis; *Karmatianus* verò fugiens, loco *AlDalia* appellato repertus est, quem cum comitibus septingentis ad *AlMoctafium AlRakkam* misit *Mohammed Ebn Soliman*, cui *Bagdadum* perducto collum super tabulato præcidit, *AlMoctafius*, ipsúmque patibulo affixit priùs cruciatum: quin & comites ipsius septingenos morte affecit, quorum aliis colla super tabulato præcidit, ipsósq; patibulo affixit; alios manibus pedibúsque truncavit; Profecti sunt *Almoctafii* exercitus cũ *Mohammede Ebn Soliman Damascum*, ubi in *Mohammedis* fidẽ se dedit *Badrus Aljamami* unà cum iis quæ ipsi adfuerunt copiis: hinc profectus est *Mohammed* *Palæstinam*, quò in *Ægyptum* iret: *Harun Ebn Chamarawaihi* igitur, audito copias atque exercitus

جيوش القرمطي ورجعوا كذلك الي مصر وتخلف
بدمشق بعض جيوش هارون مع بدر المعروف بالحمامي
وكان للقرمطي اخ يقال له الناجم فجمع من بقي
عساكر اخيه وجمع الجموع فخرج في نواحي حمص فلما سمع
المكتفي بان جيوش مصر قد فلها القرمطي
واضعفها وقتل صناديد رجال المصريين وثق
المكتفي باخذ مصر فبعث محمد ابن سليمان وضم
اليه اجلا قواده وجيشا عظيما وخرج المكتفي الي
الرقة فاقام بها فلما بلغ محمد ابن سليمان الي حمص هزم
جيوش الناجم القرمطي واخذ من اصحابه جماعة رجال
وهرب القرمطي فاوخذ في موضع يقال له الدالية فبعث
محمد ابن سليمان مع الجماعة الي المكتفي بالرقة
فانحدر به المكتفي الي بغداد فضرب عنقه علي الدكة
وصلبه بعد ان نكل به وقتل السبع ماية اصحابه ومنهم
من ضرب عنقه علي الدكة وصلبه وبعضهم من قطع يديه
ورجليه وسارت جيوش المكتفي مع محمد ابن سليمان
الي دمشق فاستامن الي محمد ابن سليمان بدر
الحمامي مع الجيوش التي معه وسار محمد ابن
سليمان الي فلسطين ليقصد مصر فلما بلغ
هارون ابن خمارويه قصد العساكر والجيوش

نحوه وخرج الي موضع يعرف بالعباسية من ناحية الحوف
من ارض مصر فاقام هناك مع قواده وخلق عظيم
من الرجال للقا محمد ابن سليمان ومحاربته
ووصلت مراكب المكتفي في البحر من ناحية تنيس
فدخلت الي نيل مصر وهماسها وكان رييس
المراكب دميان الرومي فخرج جماعة من قواد
هارون فلقوا دميان بقرية تعرف بشنوفة من قري
الفسطاط فالتقوا هناك واقتتلوا وتخاذل قواد هارون
ابن خمارويه ووثب شيبان ابن احمد ابن طولون عم هارون
علي هارون بن خمارويه فقتله ليلة الاحد لثمانية عشر ليلة
خلت من صفر سنة اثنين وتسعين ومايتين وتغلب
علي الامر شيبان ابن احمد ابن طولون اياما فكتب
قواد هارون الي محمد ابن سليمان يطلبون منه
الامان فاجابهم الي ذلك وامنهم ودخل محمد ابن
سليمان الي مصر بلا مانع ولا دافع يوم الخميس
لعشرين بقين من صفر سنة اثنين ومايتين فلما راي
ذلك شيبان واخوته بعد ان صافهم محمد ابن سليمان
للقتال بموضع يعرف بالربيسة عند باب مدينة مصر
طلبت شيبان واخوته الامان علي انفسهم وامنوا لهم
فاجابوا الي ذلك وتبدد جمع شيبان فامر محمد

ipsum versùs tendere, egressus in locum qui *Al Abbasia* dicitur, eâ terræ *Ægyptiacæ* parte quæ *Albuph* [audit,] ibi cum ducibus suis magnâque virorum multitudine substitit, *Mohammedi Ebn Soliman* occursurus, & cum eo bello decreturus. Naves interim *Almoctafi*, flexo in mari cursu, ex parte *Tennisi* ditiones *Ægypti* ejúsq; villas ingressæ sunt: Navibus præfectus fuit *Damianus Græcus*. Profecti ergò quidam è ducibus *Haronis*, *Damiano* in vico *Tanubah* dicto occurrerunt, ubi concurrentes, cum pugnâ certâssent, terga dederunt duces *Haronis*. *Shiban* etiam *Ebn Mohammed*, *Ebn Tolun Harunis Ebn Chamarawaihi* patruus, *Haronem* adortus ipsum interfecit die Dominico, mensis *Safar* decimo octavo, anno ducentesimo nonagesimo secundo, atque ipse ad dies aliquas rerum potitus est. Duces autem *Harunis* ad *Mohammedem Ebn Solyman* scribentes, immunitatem ab ipso petierunt; qua in re ipsis annuit, atque securos esse jussit. Ingressúsque est *Mohammed Ebn Solyman Ægyptum*, nemine impediente vel repellente, die Iovis, duobus ante finitum mensem *Safar* diebus, anno ducentesimo nonagesimo secundo. Quod videntes *Shiban* & fratres ipsius, postquam aciem ad eos pugnâ excipiendos instruxerat *Mohammed Ebn Solyman*, loco qui *AlRiyab* dicitur, juxta urbis *Mesri* portam, petierunt & ipsi immunitatem sibi & facultatibus suis;

ſuis; in quo cùm ipſis annuiſſet, diſperſæ ſunt *Shibani* copiæ. Iuſſit autem *Mohammed Ebn Solyman* omnes quotquot ipſi aderant ex *Harunis* comitibus Duces & Scribas *Bagdadum* ſe conferre, quò ergò profecti ſunt; ipſe in *Ægypto* ſex menſes moratus eſt: collegítque à Scribis & ducibus nummorum circiter millies mille aureos: tum *Eracum* abiit, relicto in *Ægypto*, poſtquam ipſe ibi ſex menſes inſumſiſſet, *Isâ Nuſherenſi*, collegit etiam Imperatori nummorũ è provinciis millies mille aureos. *Almoctafi* autem *Mohammedem* Ebn *Soliman* prehenſũ in vincula conjecit, ob opes quas in *Ægypto* collegerat in rationem eum vocans. Prodiens autem in *Syria* quidam è ducibus *Harunis*, *Mohammed* Ebn *Ali AlChaly* appellatus, ex iis qui in *Syriâ* cum *Mohammede* Ebn *Solyman* manſerunt, collectâ ſibi turbâ hominum mixtâ, in urbe *Ramlah* ſedem fixit. Quod cùm *Iſa Nuſherenſi* nuntiatum eſſet, ipſe cum *AlHoſaino* Ebn *Ahmed Maderanenſi*, cui cognomen *Abu Zinua*, & quæ in *Ægypto* eſſent copiis contra *Mohammedem* Ebn *Ali* Al *Chalii*, ipſum oppugnatum prodiit; at cùm nuntiatum eſſet illis, magnâ ipſum multitudine inſtructum fuiſſe, reverſi ſunt, una cum ducum cœtu, *Phoſtatum*; inde in *Allizam* ſe recipientes, pontes duos ſucciſos combuſſerunt, ne ipſos aſſequeretur *Mohammed* Ebn *Ali AlChalii*. Cúmque aliàs ſubinde aliò

proſici-

ابن سليمان بكل ماكان معه من اصحاب هارون
من قايد وكاتب بالشخوص الي بغداد واقام محمد
ابن سليمان بمصر عدة اشهر وجبا من الكتاب
والقواد مالا نحو الف الف دينار ثم شخص الي العراق
وخلف عيسي النوشري بمصر بعد مقامه عدة
اشهر وجبا من الاعمال للسلطان الف الف
دينار واخذ المكتفي محمد ابن سليمان فقيده
وطالبه بالاموال التي جباها من مصر وخرج
بالشام رجل من قواد هارون يعرف بمحمد ابن الخليج
ممن تخلف عند محمد ابن سليمان بالشام
وانضم اليه قوم من اللفيف واقام بمدينة الرملة
وبلغ ذلك عيسي النوشري فجمع عيسي والحسين
ابن احمد المادراني الملقب بابي زنبور والعساكر
التي بمصر وخرجوا الي محمد ابن علي الخليج لمقاتلته
فبلغهما انه في خلق عظيم وانصرفا وجماعة القواد
الي الفسطاط وخرجوا الي الجيزة وقطعوا الجسرين
واحرقوها بالنار ليلا يلحقهم محمد ابن علي الخليج
واعتدا بهما المسير وقت بعد وقتا الي الاسكندرية

Tttttt ثم

ثم الي الصعيد وبقيت مدينة الفسطاط بلا سلطان ولا احد
والرعية يحرسون بعضهم بعضا خمسة ايام ثم دخل محمد
ابن الخليج الي مصر يوم الخميس لاربعة عشر ليلة
بقيت من ذي القعدة سنة اثنين وتسعين ومايتين واقام
ثمانية اشهر وجبا الاموال وقوي امره ثم وافت جيوش
المكتفي مع فاتك مولاه وجماعة القواد فخرج اليه
محمد ابن علي ابن الخليج ورجع الي الفسطاط مع
اصحابه واقتتلوا قتالا شديدا فانهزم محمد ابن علي
ابن الخليج ورجع الي الفسطاط واختفا ودخل فاتك
ومن معه من الاوليا الفسطاط وجا الرجل الذي كان
عنده محمد ابن الخليج مختفي فاعلم عيسى النوشري انه
عنده فبعث وقبض عليه وكبله في رجب سنة ثلثة وتسعين
ومايتين وحمله الي العراق مع اصحابه واخوانه وقواده
وكتابه ومن اعانه وكانت وفاة المكتفي يوم الاحد
لثلثة عشر ليلة خلت من ذي القعدة سنة خمس
وتسعين ومايتين وكانت خلافته ست سنين وتسعة
اشهر ويومين وكان الغالب عليه والمدبر لامره
العباس ابن الحسين وزيره وفاتك مولاه

خلافة .

proficiſcerentur, nunc in *Alexandriã*, tunc in *AlSaidum*, relicta fuit urbs *Phoſtat* ſine Imperatore, alióve quodã, cuſtodiebãtq; è populo alii alios per quinq; dies. Tum urbẽ *Meſar* ingreſſus eſt *Mohammed* Ebn Ali *AlChalij* die *Iovis* decimo quarto ante finitum menſem *DilKaadæ* anno ducenteſimo nonageſimo ſecundo, ibíque octo menſes ſubſtitit, opes colligens; crevítque potentia ipſius. Tum adventantibus *AlMoctafi* copiis cum *Phateco* ipſius liberto, Ducúmq; cœtu, obviã ipſis prodiit *Mohammed* Ebn Ali Ebn *AlChaly* dein cum comitibus ſuis *Phoſtatũ* reverſus eſt; cúmq; acri certamine dimicâſſent, in fugam verſus *Mohammed* Ebn Ali *Phoſtatum* reverſus latebras captavit. *Phatec* ergò, cùm iis qui ipſi aderant præfectis, *Phoſtatum* ingreſſus eſt. Accedens autem vir apud quem delituit *Mohammed AlChaly*, *Iſæ Nuſherenſi* indicavit illũ apud ſe eſſe. Qui ergò mittens, ipſum prehendit, ídq; menſe *Rajeb*, anno ducenteſimo nonageſimo, tertio, unáq; cum comitibus, affinibus, ducibúſque à ſcribis ſuis, & qui ipſi auxilium tulerant, *Eracum* abduxit. Porrò obiit *AlMoctafi* die dominico menſis *DilHajjæ* decimo tertio, anno ducenteſimo nonageſimo quinto. Fuit Chalifatus ipſius annorum ſex, novem menſium & bidui. Maximâ apud ipſum in gratia fuerunt, réſque ejus curabãt, *AlAbbas EbnolHoſain* Conſiliarius, & *Phatec* libertus ipſius.

Chalifatus *AlMoktaderi billahi.*

Inauguratus est *AlMoktader billahi Iaafar Ebn Ahmed AlMotaded billahi*, eodem die quo obiit frater ipsius *Almoctafi*, viz. die Dominico, decimo tertio mensis *Dilkadæ*, anno ducentesimo nonagesimo quinto. Mater ipsius concubina fuit, nomine *Shaab*. Hic *AlAbbasum*, fratris sui Consiliarium, eo qui fuit loco ac dignitate confirmavit, ipsúmq; rebus suis præposuit. Coierunt autem Duces aliqui quo *Abdolahum EbnolMotazzi* in Imperio collocarent; unde *Bagdadi* dies aliquot ortum est bellum: cœsíque sunt *Al Abbas Ebn Hosain* Consiliarius, & *Phatec*, mense *Rabiâ* posteriore, anno ducentesimo nonagesimo nono. Prehensus etiam est *Abdollah Ebnol Motazzi*, & in vincula conjectus. Consiliarium autem constituit *AlMoktadar*, *Alim Ebn Mohammed*, *Ebn Musa Ebnol Phorat*. Porrò prodiit in occidente vir quidam nomine *Abdollah AlMohtaseb billahi*, qui, fusis *Ebnil Aglabi* copiis, cæsísque ipsius commitibus, Occidentem occupavit. A quo fugiens *Zayadatollahi Ebn Mohammed Ebn Abrahim*, *Ebnol Aglab*, assumptis sibi domesticis ac necessariis suis, in *Ægyptum* se contulit, quam ingressus est mense *Ramadan*, anno ducentesimo nonagesimo sexto; tum ad *Ramlam* profectus

خلافة المقتدر

وبويع المقتدر بالله جعفر ابن احمد المعتضد بالله
في اليوم الذي توفي فيه اخوه المكتفي وهو
يوم الاحد لثلثة عشر خلون من ذي القعدة
سنة خمسة وتسعين ومايتين وامه ام ولد يقال
لها شغب فاقر وزير اخيه العباس علي حاله
واثره وقدمه علي امره فاجتمع بعض القواد
ليجلسوا عبد الله ابن المعتز فوقع في بغداد الحرب
اياما وقتل العباس ابن الحسين الوزير وفاتك
في شهر ربيع الاخر سنة ست وتسعين ومايتين
وقبض علي عبد الله ابن المعتز وقتله واستوزر
المقتدر علي ابن محمد ابي موسي ابن الفرات وخرج
بالمغرب رجل يقال له ابو عبد الله المحتسب
بالله فهزم جيوش ابن الاغلب وقتل اصحابه
وغلب علي المغرب فهرب منه زيادة الله ابن محمد
ابن ابراهيم ابن الاغلب واخذ معه حرمه وخاصته
وصار الي مصر فدخل مصر في شهر رمضان
سنة ست وتسعين ومايتين وخرج الي
الرملة

الرملة فاقام بها الى ان مات واخذ ابو عبد الله
المحتسب الذي خرج في المغرب رجلا زعم انه
علوي يقال له عبيد الله فاجلسه وبايعه ودعا له
فشد عبيد الله على ابي عبد الله المحتسب فقتله
وغلب عبيد الله على المغرب في سنة ثمانية
وتسعين ومايتين وسخط المقتدر على علي ابن احمد
ابن الفرات في ذي الحجة سنة تسعة وتسعين
ومايتين وحبسه واستوزر محمد ابن عبيد الله ابن
يحيي ابن خاقان ويلقب بدق صدره وذلك انه
كان اذا طالب في حاجة دق صدره وقال نعم
وكرامة وفي السنة الثالثة من خلافة المقتدر صير لاون
بطريركا على بيت المقدس اقام سبعة عشر سنة ومات
واحترقت بالاسكندرية الكنيسة الكبيرة التي كانت
تسمى القيصارية وهو الهيكل الذي بنته كلاوبطرة
الملكة على اسم زحل يوم الاثنين لثلثة خلون من
شوال سنة ثلثماية وفي شهر ربيع الاخر من سنة
ثلثماية وجه عبيد الله برجل من قواده يقال له
حباسة مع جيوش كثيرة فاخذ برقة وانهزم
من بين يديه عساكر المقتدر الذين كانوا ببرقة
ثم

ctus, ibi donec diem obiret se continuit. *Abu Abdollah AlMobtaseb* verò, qui in Occidente rebellavit, quendam qui se *Aliensem* prædicavit, nomine *Obaidallah* assumptum in solio collocavit, fidéq; illi datâ [homines] ad ipsius obsequium invitavit. *Obaidallah*, verò *Abu Abdollahum AlMohtaseb* adortus ipsum interfecit, atque ipse occidentem occupavit, anno ducentesimo nonagesimo octavo. Porrò *AlMoktader*, *Ali Ebn Mohammed Ebnol Thorato* iratus, mense *DilHajja*, anno ducentesimo nonagesimo non, oipsum in carcerem conjecit, Consiliario sibi constituto *Mohammede Ebn Abdollahi*, *Ebn Yahyæ*, *Ebn Chakano*, qui cognomentum habuit, *Dakka Sedraho* [pulsans pectus;] nempe quòd cùm quis ab eo aliquid peteret pectus sibi pulsare soleret ac dicere, Imò, exhibito tibi honore. Anno Chalifatûs *AlMoktaderi*. tertio constitutus est *Leo* Patriarcha *Hierosolymitanus*, qui annos septemdecim sedit, dein mortuus est. Quin & conflagravit *Alexandriæ* Ecclesia magna quæ *AlKaïsaria* [*Cæsaria*] appellata est, templúmque fuerat quod *Cleopatra* Regina *Saturno* sacrum extruxerat, die Lunæ, tertio mensis *Shawali*, anno trecentesimo. Eo anno mense *Rabiâ* posteriore misit *Obaid Abdollah* quendam è ducibus suis, nomine *Habbasa*, multis instructum copiis, qui *Barkam* cepit; terga illi dantibus *AlMoktaderi*, qui ibi erant, copiis:

Tum

Tum *Alexandriam* profectum pugnâ ibi exceperunt *AlMoktaderi* exercitus, quibus in fugam versis *Alexandriam* cepit. Misit etiam è suis exercitum quendam *AlPhayumum* & *AlBaknasam* eásq; cepit. Cujus rei cùm per literas *Obaidallahum* certiorem fecisset, misit ipse ad eum filium suum *Abulkasemum*, (in alio exemplari dicitur *Abdorrahmanum*, cum exercitu magno in suppetias *Habbasæ.*) Fuit autem præfectus *Ægypti Taccin Chaselensis*, ad quem misit *AlMoktader AlKasem* Ebn *Sama*, unà cum ducibus aliquàm multis, nec non *Munasum* Eunuchum, & *Hawaum*, opem illi laturos. Hi in *AlLizah* profecti populum ad auxilium convocârunt, quorum ad ipsos armis instructi convenerunt circiter centies mille. Quibus cùm [*Habbasah*] cum copiis suis in occursum venisset, ipsi acie instructâ pugnâ ipsum exceperunt, commissúmque est inter ipsos prælium loco quodam insulæ quæ *Ardol' Chamsin* [terra quinquagenorum] audit. In fugam autèm versus est *Habbasa* cæsis comitibus ipsius peditibus, quos insecutus est populus: at illi in populum denuo conversi quoscunque obvios habuerunt interfecere. Quod cùm tempore vespertino contigisset, diremit eos nox. Cæsi autem sunt è populo circiter vicies mille; ex *Habbasæ* militibus decies mille: Reversique sunt *Obaidalli* socii noctu; populum

verò

ثم صار حباسة الي الاسكندرية فواقعة عساكر المقتدر
بالاسكندرية فهزمهم حباسة واخذ الاسكندرية
وبعث بجيش له الي الفيوم والبهنسي واخذهما
وكتب الي عبيد الله يخبره بذلك فوجه اليه عبيد
الله بابنه ابو القسم وفي نسخة اخري يقول عبد
الرحمن مع جيش عظيم من الحباسة وكان الوالي
علي مصر تكين الخاصكي فوجه اليه المقتدر
القاهر ابن سنا وجماعة من القواد ومونس الخادم
وجوا مددا له فخرجوا الجيزة واستنجدوا بالرعية
فخرج من الرعية نحو ماية الف رجل بالسلاح
فاقبل اليهم مع جيوشه فصافقوه الحرب وكانت
الوقعة بينهم في موضع من الجيزة يعرف بارض
الخمسين فانهزم حباسة وقتل اصحابه الرجالة
فتبعوهم الرعية فرجع اصحاب حباسة علي الرعية فقتلوا
كل من لقيوا وكان ذلك وقت المسا فحال بينهم وبين
الرعية الليل فقتل من الرعية نحو عشرون الفا وقتل
من اصحاب حباسة عشرة الف ورجع اصحاب عبيد
الله في الليل فجمعوا اذان الرعية

ورجع

ورجع ابو القاسم واصحابه وجيوشه الي المغرب وسخط
المقتدر علي علي ابن محمد بن عبد الله ابن يحيي
ابن خاقان يوم الاثنين لعشر ليال خلون من
المحرم سنة احد وثلثمايه واستوزر علي ابن الجراح
وصرفه في ذي الحجه سنه ثلثة وثلثمايه
واخرج من الحبس علي ابن محمد ابن الحسين
ابن الفرات واستوزره ثم صرفه وحبسه في جمادي
الاول سنة اربعه وثلثمايه واستوزر حامد ابن
العباس وفي السنة السبعة وثلثمايه وافا ابو
القاسم ابن عبيد الله من المغرب في مائة الف
رجل فاخذ الاسكندرية وفزع اهل مصر واخذ
الفيوم والبهنسي وجزيرة الاشمونين فبلغ
المقتدر ذلك فوجه مونس الخادم مع جيش
عظيم فنزلت الجيوش الجيزة ثم وافا من عند عبيد
الله مائة مركب حربية فيها ثمانين الف وخمسة
عشر الف فنزلوا علي حلبطر شيد وكتب مونس الي
المقتدر بعد ذلك فوجه المقتدر بثمال الخادم في
خمسين مركب حربي فلقيهم ثمال فهزمهم واخذ مراكبهم
واحرقها

verò convocârunt præcones. Rediit ergò *Abul Kasem* cum comitibus & copiis suis in Occidentem. Porrò *AlMoktader Ali Ebn Mohammed Ebn Obaidallah*, *Ebn Yahyya*, *Ebn Chakano* iratus, die *Moharrami* anno trecentesimo primo [vizierum] sibi adscivit A*lim* E*bnol Iarrabi*, quo rursus abdicato, mense *DilHajja* anno trecentesimo tertio, A*lim* E*bn Mohammed*, E*bnol Hosani*, E*bnol Pherat*, è carcere eductum vizierum constituit; deinde abdicatum rursùm in carcerem conjecit, mense *Iomadâ* priori, anno trecentesimo quarto in munus illud suffecto *Hamed* E*bnol* A*bbasi*. Anno trecentesimo septimo, veniens ex Occidente A*bulkasem Obaidallahi* fil. cùm centies mille viris A*lexandriam* cepit, unde metu consternati sunt *Ægypti* incolæ. Cepit etiam Al*Phayumum* & Al*Bahnasam*, & insulam A*lAshmarin*. Cujus rei fama cùm ad *AlMoktaderum* pervenisset, misit ille *Munesum* Eunuchum magno instructum exercitu. Castra igitur posuerunt exercitus in *Allizab*; tunc autem ab *Obaidallabo* centum naves bellicis usibus paratæ; quarum octoginta earũ quas *Alhomul* [Onerarias] vocant, viginti earum quas *Asthareni*: quæ ad *Rashidi* mœnia appulerunt. Cujus rei cùm scriptis literis A*lMoktaderum* certiorem fecisset *Munes*, misit ille *Thamalum* Eunuchum cùm navibus bellicis quinquaginta. Occurrens ergò ipsis *Thamalus*

naves eorum confractas incendit, plurimis ipsorū cæsis & submersis, multis etiam in fidem recipi se petentibus, eos autem qui in fidem recepti fuerant, in *Ægyptum* misit: Quibus dixit populus; Quisquis fuerit è vobis *Cethamensis*, se à *Siciliotis*, *Africanis* & *Tripolitanis* segreget. Cùm secessissent ergò *AlCetamenses*, qui numero ultra quingentos erant, irruens in ipsos populus, illos loco qui *Amakas* dicitur, cæde turpissimâ ac fœdissimâ simul è medio sustulit. Mansit autem *Munes* Eunuchus cum copiis suis in *AlIizah* biennio, vallo exercitum munitum habens. *AbulKasem* autem *Alexandriæ* mansit, atque inde *AlPhayumum* profectus est. Scripsit ergò *Munes* Eunuchus ad *Thamalum* Eunuchum, ut cum navibus suis *Alexandriam* adiens (neque enim *Alexandriæ* erant è copiis *AbulKasemi*, præter trecentos circitèr viros,) ejus incolas asportaret, nec quenquam ibi habitare sineret. *Alexandriam* ergò naves suos adducens *Thamalus*, per præconem monuit, si maneret *Alexandriæ* post triduum quispiam, se illi caput amputaturum. Homines ergò relictâ supellectile suâ, & quæ possederunt omnibus, clausísque ostiis suis, egressi sunt *Alexandriâ*, instar eorum qui se oblectandi gratiâ egrediuntur: abduxítque ipsos *Thamalus* navibus in insulam, quæ insula *Abukair* appellatur: submersi autem sunt ex ipsis in *Nilo* multi. Perierunt

واحرقها بالنار وقتل اكثرهم وغرقهم واستامن منهم
خلق كثير فبعث بالمستامنة الي مصر. فقالت
الرعية لمستامنة من كان منكم كتامي فليعتزل
عن الصقليين والافريقيين والاطرابلسيين فاعتزلوا
الكتاميين وكانوا زها خمسماية رجل فشدوا الرعية
عليهم فقتلوهم في موضع يعرف بالمقس بموضع
واحد اقبح قتل واشنعه واقام مونس الخادم مع
جيوشه في الجيزة متنهين وخندق حول
عسكره ونزل ابو القاسم ابن عبيد الله الاسكندرية
وصار الي الفيوم فكتب مونس الخادم الي ثمال
الخادم ان يصير بمراكبه الي الاسكندرية ولم يكن
بالاسكندرية من جنود ابي القسم الا نحو من خمسماية
رجل وان يحمل اهلها ولا ينزل فيها احد. فوافا ثمال
بمراكبه الي الاسكندرية فنادا منادية الا يبقا باسكندرية
بعد ثلثة ايام احد الا ضرب عنقه فتركت الناس
متاعهم وكلما يملكوه واغلقوا ابوابهم وخرجوا
من الاسكندرية كانهم خارجين الي نزهة
وكان ثمال يحملهم في المراكب الي الجزيرة
التي تعرف بجزيرة ابو قير فغرق في النيل منهم
خلق

خلق كثير ومات منهم من الجوع والعطش في
الاسكندرية والفسطاط زها مايتي الف رجل وصبي وامراة
وبقي البلد خرابا ليس فيه احد وانما فعل ذلك
قال كي لا يصيب ابو القسم موضعا ياوي اليه اذا
رجع من الفيوم ثم ان مونس الخادم جمع الجيوش
وخرج اليه وهو بالفيوم فهزمه وقتل اصحابه واخذ
اموالهم وخلقا كثيرا منهم وهرب ابو القسم ابن عبيد
الله من خاصته ورجع الي القيروان وذلك في ذي
الحجة سنة ثمان وثلثماية واقام مونس الخادم بعد ذلك
شهرين وخرج الي بغداد وخلف بمصر هلال ابن بدر
واما في الاسكندرية فرجع اليها من كان من بقي من
اهلها ممن هرب وعمرت   فاما لاون الملك فمرض مرضا
شديدا فلما خاف ان يموت وجه فاحضر نيقولاوس
البطريرك الذي كان نفاه فاسترضاه ورده الي الكرسي
ونحا افتيموس البطرك والزمه دير بالقسطنطينية فاقام في
الدير سنتين ومات واقام بعده لاون الملك في مرضه
مرضها عدة اشهر ومات وملك بعده اخوه الاكسندروس
علي الروم سبع سنين ومات وملك بعده علي الروم
قسطنطين

Perierunt etiam eorum fame & siti, in pagis & *Phostati*, ultra ducenta virorum puerorum & mulierum millia. Mansítque locus desolatus, nemine in ipso manente. Fecit autem hoc *Thamalus*, ne *AlPhayumo* rediens *AbulKasem* locum inveniret ubi hospitio exciperetur. Deinde *Munes* Eunuchus collectis copiis, contra illum *AlPhayumi* manentem prodiens, ipsum in fugam vertit, cæsis ipsius comitibus, & direptis eorũ opibus, cæterísque quæ habebant omnibus. Fugiens ergô *AbulKasem* cũ amicis suis *Kirawanum* se contulit; ídque mense *DilHajjæ*, anno trecentesimo octavo, post quod cùm duos menses substitisset *Munes* Eunuchus, *Bagdadum* petiit, relicto in *Ægypto Helalo Ebn Badar*. *Alexandria* autem, cùm reversi essent quotquot superfuerunt ex ipsius incolis, eâ iterum culta est. Porrò, *Leo* Imperator morbo gravi correptus, cùm moriturum se timeret, mittens, *Nicolaum* Patriarcham, quem loco moverat, accersivit; ipsius gratiam ambiens, ac ipsum Cathedræ restituit, semoto *Anthimo* Patriarchâ, quem ad monasterium quoddam *Constantinopolitanum* se recipere jussit, in quo cùm biennio mansisset mortuus est. Superfuit autem illi *Leo* Imperator, morbo, quo affectus erat, laborans, menses aliquot, dein obiit. Imperavítque post ipsum *Romanus* frater ipsius *Alexander* septem annos, dein

mortuus

mortuus est, succedente ipsi *Constantino Leonis* filio, qui annos tunc natus erat viginti tres (vel secundùm aliud exemplar tredecim.) Cujus mater, nomine *Augusta*, Imperium administrabat. Misit autem Rex *Bulgarorum* ad *Constantinum Romanorum* Imperatorem, sororem ipsius *Layenam* sibi in uxorem poscens; in quo, cùm non annueret ipsi *Constantinus*, multa inter ipsos commissa sunt prælia. Cùm ergò bella inter ipsos continuari videret *Nicolaus* Patriarcha, metuens ne se mutuò perderent, ducem quendam nomine *Domitium*, adscitum *Constantino* in Imperio administrando adjunxit; filiámque *Domitii* acceptam, *Constantino* in uxorem dedit: factúmque est ut tres, sc. *Constantinus*, *Domitius*, & *Christophorus Domitii* filius, *Romanorum* Imperatores salutarentur, ac simul imperium moderarentur. *Domitióq;* fil. suam *Bulgarorum* Regi in uxoré dante, cessārunt inter ipsos bella. Porrò *Almoctader* viziero [consiliario] suo *Hamedo Ebnol Abasi*, iratus, ipsum morte mulctavit mense *Rabiâ* priori, anno ducentesimo vicesimo primo, & *Alim Ebn Ahmed Ebnol Phorat* è carcere eductum, Vizierum constituit, nono ante finitum *Rabiam* posteriorem, anno trecentesimo undecimo, tertiâ jam vice. *Moslemii* autem *Ramlæ* tumultuati, duas *Melchitarum* Ecclesias diruerunt, viz: Sancti *Kozmæ*, & Sancti *Cyriaci*, nec non Ecclesiam

قسطنطين ابن لاون وهو ابن ثلثة وعشرين سنة وفي
نسخة اخري يقول ابن ثلثة عشر سنة وكانت امه
تدبر الملك واسمها اوغسطة. ووجه ملك البرغار الي
قسطنطين ملك الروم يخطب منه اخته لابنه فلم يجبه
قسطنطين الي ما سال. فوقع بين ملك الروم وبين ملك
البرغار حروب كثيرة فلما نظر نيقولاوس بطريرك
القسطنطينية اتصال الحروب بينهم خاف ان يتفانوا
فاخذ لقايد من قواده يقال له رمنوس فصيره
مع قسطنطين لتدبير المملكة واخذ بنت رمنوس
فزوجها من قسطنطين وصار قسطنطين ورمنوس
واخرسطفور ابن رمنوس يدعوا الثلثة ملوك الروم
وكانوا الثلثة يدبرون المملكة وزوج رمنوس ابنته
لملك البرغار فهدت الحروب بينهم وسخط المقتدر علي
وزيره حامد ابن العباس فقتله في شهر ربيع
الاول سنة احدي وعشرين وثلثماية واخرج من الحبس
علي ابن احمد ابن الفرات فاستوزره لتسع بقين من
شهر ربيع الاخر سنة احدي عشر وثلثماية وهذه المرة
الثالثة وثاروا المسلمين بالرملة فهدموا كنيستين
للملكية كنيسة مار قزماس وكنيسة مار كورقس وهدموا

كنيسة عسقلان وقيسارية وذلك في جمادي الاخر سنة
احدي عشر وثلثماية فرفع النصاري ذلك الي المقتدر
فامرهم ان يبنوا ما هدم لهم وثارا المسلمين بتنيس وهدموا
كنيسة للملكية خارج الحصن بتنيس قديما كنيسة ابوقور في
رجب ثم ان النصاري بنوا الكنيسة التي بتنيس فلما قرب
تمامها ثار المسلمين ثانية فهدموا ما بنوه واحرقوه بالنار
ثم ان السلطان اعان النصاري حتي بنوا الكنيسة وسخط
المقتدر علي وزيره علي ابن محمد ابن الفرات
وقتله وقتل ابنه محسن في شهر ربيع
الاول سنة اثني عشر وثلثماية واستوزر المقتدر
عبد الله في شهر جمادي الاخر سنة
اربعة عشر وثلثماية وثاروا المسلمين في
دمشق فهدموا كنيسة مار مريم الكاثوليكية
وكانت كنيسة عظيمة كبيرة حسنة انفق
فيها مايقرب الف دينار ونهب ما كان فيها
من الانية وغير ذلك من حلي وستور ونهبوا
ديارات وخاصة دير النسا الذي كان جانب
الكنيسة وشعثوا كثيرا من كنائس الملكية وهدموا
كنيسة النسطورية وذلك في نصف رجب سنة اثني
عشر

clesiam *Askelanensem* & *Caesariensem*, idque mense *Iomadâ* posteriore anno trecentesimo undecimo. quâ de re cùm *Christiani* querelam ad *Almoctaderum* detulissent, jussit eos instaurare quod ipsis dirutum fuerat. Concitati etiam *Moslemini Tennisi* Ecclesiam *Melchitarum*, quae fuit extra arcem *Tennisi*, quae appellatur Ecclesia *Buthaur*, diruerunt, mense *Rajeb*: dein extruentibus *Christianis* ibidem Ecclesiam, cùm eam propè absolvissent, denuo concitati *Moslemii* illud quod fabricaverant dirutum incenderunt, at Rex *Christianis* opē tulit adeo ut Ecclesiam suam extruerent. Porrò iratus *Al-Moctaderus* Viziero suo *Ali Ebn Mohammed*, *Ebn Al-Phorat*, ipsum morte multavit, ut & filium ipsius *Mohsenum*, mense *Rabiâ* priori, anno trecentesimo duodecimo, in munus illud suffecto *Abdillaho*, mense *Iomadâ* posteriore, anno trecentesimo decimo quarto. Concitati etiam *Moslemii Damasci* Ecclesiam Sanctae *Mariae* Catholicam diruerunt (quae ampla admodum, magna ac pulchra fuit, in quam erogata fuerant ducenta aureorum millia,) direptis quae in ea erant vasis caeterisque ornamentis ac velis. Spoliata sunt etiam monasteria, ac praecipuè monasterium foeminarum quae juxta Ecclesiam fuit. dejeceruntque Ecclesias *Melchitarum* multas: diruerunt etiam *Nestorianorum* Ecclesiam; idque medio mense *Rajeb* anno trecen-

tesimo duodecimo. Porrò fuit *Ali Ebn Isæ Meccæ* ad quem scripsit *Abdollah* Vizierus ut in *Ægyptum* profectus in statū ejus inquireret. *Ali* ergò *Ebn Isæ Ægyptum* ingressus est initio mensis *Rajeb*: ubi prehēsis Monachis & Episcopis, tributū ab ipsis exegit: nempe, ab omnibus tam Monachis quàm infirmis & pauperibus, nec non monasteriis omnibus quæ in inferiori parte regionis *Said* erant, atque ab Episcopis & Monachis qui in monasterio *Mina*. Monachorum ergò quidam *Erakum* profecti ab *AlMoktadero* opem petierunt, qui scripsit ipsis literas [jubens] ne ab ipsis exigeretur tributū, atq; eodem quo solerent pridem cursu fluerent res eorum. Semotóque à Vizieri munere *Abdollaho Ebn Mohammed, Ebn Chakan*, idem delegavit *Abi Abbaso Ahmedi Ebn Abdollahi Ebn Ahmed AlChasib*, anno trecentesimo decimo tertio. Porrò mortuus est *Nicolaus* Patriarcha *Constantinopolitanus*, cùm Cathedram occupâsset annos triginta tres, constituto post ipsum *Stephano* qui Eunuchus fuit, qui cùm tres annos sedisset mortuus est. Apparuit autem in *Ægypto* stella magna radiis diffusis, cursu veloci, & scintillis ipsam sequentibus, nec non flammâ terribili, magno corpore, colore admodum rubente, à Septentrione Orientem versùs tendens, hastas penè triginta longa, binas lata, instar serpentis; idque occidente sole die *Mercurii*,

Rabiæ

عشر وثلثماية وكان علي ابن عيسي في مكة فكتب
اليه الوزير عبد الله ان يصعد الي مصر يكشف احوالها
فدخل علي ابن عيسي مصر مستهل رجب فاخذ
الرهبان والاساقفة وطلب منهم الجزية ومن جميع الرهبان
والضعفا والمساكين ومن جميع الديارات التي باسفل
ارض الصعيد ومن الاساقفة والرهبان الذين في دير
مينا فخرج من الرهبان اناس الي العراق واستغاثوا
الي المقتدر فكتب لهم الا يوخذ منهم جزية فان تجري
امورهم علي ما كانت عليه قديما وصرف عن الوزارة
عبد الله ابن محمد ابن خاقان واستوزر ابو العباس احمد
ابن عبد الله ابن احمد الخصيب سنة ثلثة عشر وثلثماية
ومات نيقولاوس بطريرك القسطنطينية وله علي الكرسي
ثلثة وثلثون سنة وصير بعده استفانوس وكان
خصيا اقام ثلثة سنين ومات وظهر في ارض
مصر كوكبا عظيما له شعاع ساطع وله قهقهة وشرار
يتبعه وشهاب هايل كبير الجرم شديد
الحمرة اخذ من جهة الشمال الي نحو المشرق
يكون طوله قريب من ثلثين رمحا وعرضه
قريب من رمحين كالحية وكان ذلك في غروب
الشمس

الشمس يوم الاربعا خامس ربيع الاخر سنة ثلثة عشر
وثلثماية اقام ثلثة ساعات ثم انطفا وصرف عن الوزارة
ابو العباس ابن الخصيب واستوزر علي ابن عيسي ابن
الجراح ثم اصرفه واستوزر ابو علي ابن محمد ابن علي
يوم الخميس نصف ربيع الاخر سنة ستة عشر وثلثماية
وثاروا القواد بمدينة الاسلام علي المقتدر ليقتلوه منهم
ابو الهيجا ونازوك وغيرها فخاف المقتدر ان يقتل
فخلع نفسه من الخلافة يوم السبت النصف من المحرم
سنة سبعة عشر وثلثماية واجلسوا في موضعه اخا المقتدر
محمد ابن احمد فجلس يوم السبت ويوم الاحد فلما
كان يوم الاثنين اجتمع الرجالة المعروفين
بالمصافية فقتلوا نازوك وابو الهيجا وردوا الي
الخلافة المقتدر وخلعوا محمد ابن احمد واصرفوه الي
داره مكرما ووقع بمصر من الجراد ما لا يوصف كثرة
حتي منع شعاع الشمس ان تقع علي الارض من
كثرته ولم يري اهل مصر من الجراد مثل هذا قط
فاكل الجراد زروعهم وجميع الفواكه والنخل والاشجار
حتي خربت البساتين والكروم وذلك في شهر ربيع
الاول سنة سبعة وعشرين وثلثماية وفي نسخة اخري يقول
سبعة

Rabiæ posterioris quinto, anno trecentesimo decimo tertio; cùm tres horas durâsset extincta est. Vizieri munere abdicato *Abul Abbaso Ebnol Chasib*, in idem suffectus est *Ali Ebn Isa*, *Ebnol Iarahi*; quo deinde semoto Vizierum sibi constituit [Chalifa] *Abu Ali Ebn Mohammed*, *Ebn Ali* die *Iovis* medio *Rabii* posterioris anno trecentesimo decimo sexto. Commoti autem sunt Duces *Bagdadi* in *AlMoktaderum*, ut ipsum è medio tollerent, è quibus fuerunt *Abul Hijah*, *Nazuk*, aliique. *AlMoktader* ergò, metuens ne interficeretur, seipsum Chalifatu abdicavit, die Sabbati medio *AlMoharram*, anno trecentesimo decimo septimo: cujus loco statuerunt fratrem ipsius *Mohammed Ebn Ahmed*, qui diebus Sabbati & Dominico sedit. Die Lunæ autem congregati Pedites, *AlMosaphii* appellati, *Narukum* & *Abul Hija* interimentes *AlMoktaderum* Chalifatui restituerunt, deposito *Mohammede Ebn Ahmed*, quem honoratum domum suam remiserunt. Porrò acciderunt in *Ægypto* locustæ innumeræ, adeo ut præ multitudine impedirent radios solares ne ad terram pertingerent, quales haud aliàs unquam viderunt *Ægypti* incolæ: quæ & ipsorum vites, fructus, palmas & porra devorârunt, adeò ut perderentur horti & vineæ, idque mense *Rabiâ* priori, anno trecentesimo vicesimo septimo, vel (secundùm aliud exemplar) trecentesimo

ceſimo decimo ſeptimo.) Porrò in *AlYamamah*,& *AlBahrain* prodiit Rebellis quidam nomine *Soliman Ebnol Haſan*, qui & *Abi Said* A*llannabi* vulgo audit, qui *Baſoram* perveniens, eam captam devaſtavit, & magnam hominum ſtragem in ea edidit: atque inde *Cuſam* profectus, eâ etiam captâ, incolas occidit, multóſque indè captivos abduxit, & multas avexit opes. Dein pergens propè *Bagdadum* caſtra poſuit loco qui *Tel*A*rkuph* audit; multáque inter ipſum & A*lMoktaderi* copias, cõmiſſa ſunt prælia: at cùm non aſſequeretur quæ voluit *Cuſam* rediit, ídque anno trecenteſimo decimo tertio: quin & aquæ puteos, in via quæ *Meccham* ducit, obſtructos atque impletos exiccavit, adeò ut metu ipſius à peregrinationibus abſtinerent *Bagdadi* & *Choraſani* incolæ, *Ægypti* interim & *Syriæ* incolis eas inſtituentibus. Cúmque anno trecenteſimo decimo ſeptimo homines in peregrinationis [religioſæ ritibus obſervandis] eſſent, die *Martis*, *Dil-Hajja* ſeptimo, *Meccham* perveniens A*llannabi* cum copiis ſuis, eandémque ingreſſus, homines tum circa ædem, tum intra oratorium ſacrum & in plateis, innumeros occidit, adeò ut cæſis impleretur puteus *Zamzam*, nec non valles, viæ, domus, & deſerta: quòd ſi qui fugâ ſe cæde eriperent, & ipſos interfecerunt A*rabes* opes ipſorum diripientes. Erant autem & qui *Ioddum* fugientes mari

ſe

سبعة عشر سنة وخرج خارجي باليمامة والبحرين
ويقال له سليمان ابن الحسن ويعرف بابي سعيد
الجنابي ووافا الي البصرة ففتحها واخربها وقتل بها
مقتلة عظيمة وخرج من هادي الي الكوفة ففتحها وقتل
اهلها وسبي منها سبيا كثيرا وحمل منها اموالا
كثيرة ثم سار فنزل قريبا من بغداد في موضع يعرف
بتل عرقوف . وكان بينه وبين عساكر المقتدر حروب
كثيرة فلم يتهيا له ما يريد فرجع الي الكوفة
وذلك في سنة ثلثة عشر وثلثماية واردم ابيار الما وطمرها
في طريق مكة وغورها وامتنع اهل بغداد واهل
خراسان من الحج فزعا منه وكانوا اهل مصر
والشام يحجون فلما كان في سنة سبعة عشر وثلثماية
والناس في الحج يوم الثلثا لسبع خلون من ذي
الحجة وافا الجنابي بعساكره الي مكة فدخلها
وقتل من الناس حول البيت وداخل المسجد الحرام
والاسواق ما لا يحصي كثرة حتي امتلي بير زمزم قتلي
وامتلت الاودية والطرقات والبيوتات والصحاري قتلي
ومن هرب من الناس وافلت من القتل قتلوه الاعراب
واخذوا ماله ومن الناس من هرب الي جدة

وركبوا

وركبوا البحر واخذ الجنابي من الاموال والمتاع
مالا يحصي كثرة واخذ كلما كان داخل البيت
الحرام من الذهب والفضة وكان علي باب البيت
صفائح فضة فقلعها واخذها وكان في ركن
البيت من خارج حجر اسود وكانوا الناس يعظموه
ويتباركوا به ويقبلونه فاقلعه واخذه معه واقام سبعة ايام
بمكة ينهبها ثم رجع الي بلده وعطل الحج وتوفي
ايليا البطريرك بانطاكية يوم الجمعة لثلثة
عشر ليلة خلت من جمادي الاخر سنة
سبعة عشر وثلثماية واقام علي الكرسي ثمانية
وعشرين سنة وصرف عن الوزارة محمد ابن علي ابن
مقلة يوم الثلثا لاحد عشر ليلة بقيت من
جمادي الاول واستوزر سليمان ابن الحسن
ابن مخلد يوم الخميس لثلثة عشر ليلة بقيت من
جمادي الاول سنة ثمانية عشر وثلثماية وصرف عن
الوزارة لثمان بقين من رجب سنة سبعة عشر وثلثماية
واستوزر عبيد الله ابن محمد الكلواذاني يوم السبت
لست بقين من رجب سنة تسعة عشر وثلثماية وصرف
عنها واستوزر الحسن ابن القسم ابن عبيد الله

ابن

ſe committerent. Cepit ergò *AlIannabius* opum & ſupellectilis majorem quàm quæ recenſeri poſſit copiam. Quicquid etiam intra ædem ſacram eſſet auri atque argenti abſtulit. Laminas etiam argenteas quæ in janua templi erant avulſas abſtulit. Fuítque in angulo ædis exteriori lapis niger, quem magnopere venerati homines & benedictionem indè captantes deoſculari ſolebant, quem etiam loco motum ſecum abduxit; ſeptémque diebus *Meccæ*, ei diripiendæ, inſumſit: dein patriam ſuam reverſus eſt peregrinationibus abolitis. Porrò obiit *Elias* Patricha *Antiochenus* die Sabbati *Iomada* poſterioris decimo tertio, anno trecenteſimo decimo ſeptimo [poſtquam] in cathedra ſediſſet annos viginti octo. Vizieri etiam munere privatus eſt *Mohammed Ebn Ali*, Ebn *Moklab* die *Martis*, ante finitum *Iomada* priorem undecimo, cùm in illud adſcitus eſſet *Soliman Ebnol Haſan Ebn Mochalled* die *Iovis*, decimo tertio ante finitum eundem mēſem, anno trecenteſimo decimo octavo; qui & rurſum eodem ſemotus eſt octavo ante finitum *Rajeb*, anno trecenteſimo decimo ſeptimo, Viziero conſtituto *Obaidallah Ebn Mohammed Cadanenſi*, die Sabbati, ſexto ante eundem menſem finitum anno trecenteſimo decimo nono: quo deinde ſemoto ſuffectus eſt *Al Haſan Ebnol' Kaſem*

Ebn Obaid oddin Soliman, *Ebn VVahab*, die Sabbati, tertio ante finitum mensem *Shawal*, anno trecentesimo decimo nono, cognominatúsque est *Omaidol'dulah*, *Ebn VValii'ldulabi* à quo deinde sublatâ dignitate istâ, eam obtinuit *AbulFadl Ebn Iaafar*, *Ebnol'Forat*, *Ebn Chaizaranah* die Dominico, tertio ante finitum *Rabiam* posteriorem, anno trecentesimo vicesimo, qui à matre suâ, cui nomen fuit *Chaizaranah*, denominatus est. Quod ad *Romanos*; Mortuo *Christophoro Domnii* filio, Monachatum amplexus est *Domnius*, solúsque mansit *Constantinus* in Imperii regimine. Mortuus est etiam *Stephanus* Patriarcha *Constantinopolitanus* postquam cathedram triennio occupaverat: constitutúsque est ibidem Patriarcha *Atranphinus*. Obiit etiam *Christodulus* Patriarcha *Alexandrinus* die *Mercurii*, undecimo ante finitum *DilKaada*, anno trecentesimo vigesimo, qui est *Tishrin* secundi vicesimus quintus, anni *Diocletiani* sexcentesimi quadragesimi noni: Sepultúsque *Phostati Ægyptiacæ*, cùm in cathedra sedisset annos viginti sex, & sex menses. Sepultus autem est in Ecclesia *Michaelis*. Porrò duces unà cum *Munaso* Eunucho *Bagdadi* in *AlMoktaderum* insurgentes ipsum aggressi sunt; ad quos pugnâ excipiendos cùm egressus esset, ipsum interfecerunt, capútque hastæ impositum circa urbem gestârunt,

ابن سليمان ابن وهب يوم السبت لثلث بقين من
شوال سنة تسعة عشر وثلثماية ولقب عميد الدولة ابن
ولي الدولة وصرف عنه الوزارة واستوزر ابو الفضل ابن
جعفر ابن الفرات ابن خنزرابه يوم الاحد لثلث بقين من
شهر ربيع الاخر سنة عشرين وثلثماية ونسب الي امه
لان امه كانت تسمى خنزرابه واما الروم فمات
اخرسطوفور ابن رمنوس وترهب رمنوس وبقي
قسطنطين وحده يدبر الملك ومات استفانس بطرك
القسطنطينية وكان له في الكرسي ثلثة سنين
وصير اطرابفنوس بطريركا علي القسطنطينية ومات
اخرسطودولا بطرك الاسكندرية يوم الاربعا لاحدي
عشر ليلة بقيت من ذي القعدة سنة عشرين وثلثماية
وهو خمسة وعشرون من تشرين الثاني من
سني ذيوقلطيانوس سنة ستماية وتسعة
واربعين سنة ودفن بفسطاط مصر وكان له في
الكرسي ستة وعشرون سنة وستة اشهر
ودفن في كنيسة ميكاييل وثار القواد مع مونس
الخادم بمدينة السلام علي المقتدر فشغبوا عليه
فخرج اليهم ليقاتلهم فقتلوه وحملوا راسه علي رمح
وطافوا به

وطافوا به المدينة وذلك يوم الاربعا لليلتين
بقيتا من شوال سنة عشرين وثلثماية وكانت
خلافته اربعة وعشرين سنة واحد عشر شهرا
وخمسة عشر يوم وكان وزيره الفضل ابن
جعفر ابن الفرات ومات بطرك القسطنطينية وكان
له في الكرسي ثلثة سنين وصير ثاوفيلقطس
ابنا له يقال له ثوفلقطة وكان خصيا بطرك
وكان عمره ابن اثنين وعشرين سنة

خلافة القاهر

وبويع القاهر بالله محمد ابن احمد المعتضد يوم
الخميس لليلة بقيت من شوال سنة عشرين
وثلثماية واستوزر محمد ابن علي ابن مقلة وفي اول
سنة من خلافته صير سعيد ابن بطريق المتطبب
من اهل فسطاط مصر بطريركا على الاسكندرية
وسمي انبا افتيشيوس وذلك يوم الخميس لثلثة
عشر ليلة خلت من امشير وهو اشباط من سني
ديوقلطيانوس سنة ستماية تسعة واربعين ولثمان
ليال خلون من شهر صفر سنة احد وعشرين
وثلثماية قمرية

خلافة

geſtârunt; idque die *Mercurii*, ante finitum menſem *Shawal* ſecundo, anno trecenteſimo viceſimo. Fuit Chalifatus ipſius annorum viginti quatuor, menſium undecim, & dierum quindecim: fuit Vizierus ipſius *Alphadl* *Ebn Iaafar*, *Ebnol Pherat*. Mortuus eſt Patriarcha *Constantinopolitanus* cùm Cathedram triennio occupâſſet, conſtituitque *Domnius* filium ſuum nomine *Theophylactum*, qui Eunuchus fuit, Patriarcham, cùm juvenis eſſet, annorum viginti duorum.

Chalifatus *AlKaheri*.

Inauguratus eſt *AlKaher billahi Mohammed Ebn Ahmed Abi Motadedi*, die *Iovis*, menſis *Shawali* penultimo, anno trecenteſimo viceſimo. Hic Vizierum ſibi adſcivit *Mohammedem Ebn Moklah*. Primo Chalifatûs ipſius anno conſtitutus eſt *Said Ebn Batrik*, Medicus è *Phostati Ægyptaica* incolis, Patriarcha *Alexandrinus*, appellatúſque *Anba Eutychius*: idque die *Iovis*, menſis *Amshir*, qui eſt *Shebat*, anni *Diocletiani* ſexcenteſimi quadrageſimi noni, octavo menſis *Saphar*, anno [*Hejra*] lunari trecenteſimo viceſimo primo.

Chalifatus

Chalifatus *AlRadii*.

Inauguratus est *AlRadi*, qui idem est *Abul Abbas Mohammed EbnolMoktaderi*, die *Mercurii*, *Iomadæ* prioris sexto, anno trecentesimo vicesimo secundo. Vizierum sibi adscivit *Mohammedem Ebn Moklah*. Anno Chalifatûs ejus primo constitutus est *Anba Theodosius*, qui idem est *Stephanus*, Scriba, qui *Bagdadi* fuerat cùm *Munes* Eunucho *Antiochiæ Syriæ* Patriarchâ, mense *Ramadan*, anno trecentesimo vicesimo tertio. Fuit autem in *Ægypto* terræ motus ingens, tertio *DilKaadæ* ejusdem anni. Valdè etiam agitatæ sunt stellæ cadentes. Porrò *Mohammed Ebn Toguj* & ducum vulgarium aliquot *Barkam* fugientes, cùm ibi copias collegissent *Alexandriam* reversi sunt, unde qui ibi fuerant ad rivum *Rashidi* fugerunt: ad quos *Ebn Toguj* cum *AbilTdhafaro* fratre suo exercitum mittens ipsos in fugam vertit, cæsis aliis, aliis captis, idque anno trecentesimo vicesimo quarto; reversique sunt homines *Alexandriam*. Iratus *AlRadi Mohammedi Ebn Ali* Viziero, in munus illud suffecit *Abdorrahman Ebn Isæ* anno trecentesimo vicesimo quarto. Tumultum concitantes *Moslemii* in Ecclesia *Hierosolymitana* die *Hosannæ*, Ecclesiæ *Constantini* portas Australes

خلافة الراضي

وبويع الراضي وهو ابو العباس محمد ابن المقتدر يوم
الاربعا سادس جمادي الاول سنة اثنين وعشرين وثلثماية
واستوزر محمد بن مقلة وفي اول سنة من خلافته صير ابا
داود وسنوش وهو استفان الكاتب الذي كان في
بغداد مع مونس الخادم بطريركا علي انطاكية
الشام في رمضان سنة ثلثة وعشرين وثلثماية وكان
في مصر زلزلة عظيمة ثالث ذي القعدة من هذه
السنة واضطربت الكواكب الشهب اضطرابا شديدا
وهرب محمد ابن طغج وجماعة من القواد والعامة
الي برقة وجمعوا جموعا وعادوا الي الاسكندرية
وهرب من كان بها الي خليج رشيد فانفذ ابن
طغج مع ابي المظفر اخيه عسكرا فهزمهم وقتل
منهم واستاسر وذلك في سنة اربعة وثلثماية
وتراجعوا الناس الي الاسكندرية. وسخط الراضي
علي محمد ابن علي الوزير واستوزر عبد الرحمن
ابن عيسي سنة اربعة وعشرين وثلثماية
وثاروا المسلمون بكنيسة بيت المقدس يوم الشعانين
واحرقوا ابواب كنيسة قسطنطين القبلية ونصف
الاصطوان

Zzzzzz

الاصطوان سنة خمسة وعشرين وثلثماية وكان البطريرك
من اهل عسقلان له ابنان وابنتان واسمه خرسطوفورس
وكان الاحتراق في اول فصح من ايام بطريركيته
وتعلقوا الاقرانيون مع القمامة وسخط الراضي على
عبد الرحمن ابن عيسى فعزله واستوزر الفضل ابن
جعفر في سنة خمسة وعشرين وثلثماية ووقع بين الروم
[والمسلمين] هدنة مرضية في سنة ستة وعشرين وثلثماية
وفي هذه السنة انفذ ثاوفيلكتس بطريرك مدينة
القسطنطينية رسولا الى بطاركة الاسكندرية
والانطاكية يسالهم ذكر اسمه في صلواتهم وفي
قداساتهم لان ذلك قد كان انقطع منذ
عهد بني امية فاجابوه الى ذلك

هذا ما انتهينا اليه من تاريخ سعيد ابن بطريق
المتطبب وهو انبا افتيشيوس الملكي المذهب الذي
صار بطريركا على مدينة الاسكندرية في سنة
واحد وعشرين وثلثماية للهجرة الاسلامية وكان
له من العمر ستون سنة قريبة فان رمت معرفة
زمان تاريخ هذا الكتاب كم له من السنين
فخذ ما هلك من هذا التاريخ الى حتى اليوم
الذي

Auſtrales incenderunt, nec non dimidium porticûs anno trecenteſimo viceſimo quinto. Fuit tunc Patriarcha *Askelanenſis* quidam, cui bini erant filii, & totidem filiæ, nomine *Chriſtophorus*: fuit autem incendium primo Paſchatis, ipſo Patriarchatu fungente. Cranii etiam locum cum [templo] Reſurrectionis vaſtârunt. Porrò *Al-Radi, Ali Abdorrahmano Ebn Iſa* iratus ipſum loco movit, Viziero ſibi adſcito *AlPhadlo Ebn Iaafar*, anno trecenteſimo viceſimo quinto. Factáque eſt inter *Romanos* & *Moſleminos* pax omnibus grata, anno trecenteſimo viceſimo ſexto. Eodem anno *Theophylactus* Patriarcha *Conſtantinopolitanus* nuntium miſit ad Patriarchas *Alexandrinum* & *Antiochenum*, rogans ut nominis ſui in ipſorum precationibus & ſacris peragendis mentio fieret. Siquidem deſierat hoc fieri à tempore *Ommiadarum*. Quâ in re ipſi annuerunt.

Huc uſque pertingit Hiſtoria Said Ebn Batrik *Medici, qui idem eſt* Anba Eutychius, *ſectâ* Melchita: *qui urbis* Alexandrinæ *Patriarcha conſtitutus eſt anno trecenteſimo viceſimo primo* Hejræ Moſlemiticæ, *annos tunc natus lunares ſexaginta. Si igitur Epocham hujus libri ſcire aveas, & ante quot annos compoſitus ſit, computum tuum ab*

hac æra ordire viz: die quo constitutus est Said Ebn Batrik *Patriarcha; qui fuit octavus mensis* Sefar, *anni* Hejræ Mohammedicæ *trecentesimi vicesimi primi. Deus [nobis] finem ad bonum dirigat.*

Soli Deo Gloria.

FINIS.

الذي صار فيه سعيد ابن بطريق بطريركا وهو ثامن يوم من شهر صفر سنة ثلثماية واحد وعشرين للهجرة الاسلامية احسن الله العاقبة التي خير

الحمد لله